IOANNIS FREDERICI
ET
CAROLI CONRADI REITZII
APOLOGIA,
ADVERSVS CRIMINATIONES
ANONYMI IN MISCELLANEIS
LIPSIENSIBVS,
CVM
SVPPLEMENTO
AD
AMBIGVA.

TRAJECTI ad RHENUM,
Apud NICOLAUM VAN VUCHT, GISB. TIM. VAN PADDENBURG, ET ABRAH. VAN PADDENBURG. Bibliopolas.
MDCCLII.

re
ac
ru
iic
ho
ob.
re
hab
ran
cum
dem
hac
poss
adn
run
lo i
edit
Q

LECTORI

Benevolo aeque ac malevolo

S. D.

IO. FRED. REITZIUS.

Quum pristinus bibliopola *M. L. Charlois*, cujus typis ambiguorum libellus exaratus prodierat, mercaturae librariae nuntium remittens, residuorum sibi exemplarium jus ac possessionem in alios transtulerit, quorum nomina novus hic exhibet titulus, iique flagitarent, ut vel nova praefatione hoc opusculum instruerem, vel additis observationibus, nonnullis augerem, e re visum est facere utrumque; tum quia habebam quaedam adscripta margini, iterandae forte aliquando editioni inserenda, cum quia necessitas postulabat, illatam eadem opera propulsare injuriam. Ideoque haec seorsum describi curavi, ut qui jam possident libellum, pristinis exemplaribus adnectere; qui nondum sibi compararunt, eadem conjuncta cum integro libello invenire possent, ne repetita deinde editio priori nimium detraheret.

Quando autem *pro captu lectoris habent*

A *sua*

ſua fata libelli, & pro temporum perſonarumque mutatione variant hominum judicia; hicque labor noſter olim laudatus eximie, & probatus a plurimis, nunc demum poſt quindecim annos, propter mutatae a me ſtationis invidiam, ac cenſoris novi avaritiam, exploditur ut libellus paedagogicus, pueriſque tantum ſcriptus, in *Miſcellan. Lipſ. novis* anni 1751. volum. VIII. part. 2. pag. 335. & 337. quumque & ſtilus noſter quondam ab Actorum ſcriptoribus commendatus ſit haud obiter, nunc vero merae barbariei arguamur ab eorum ſucceſſoribus; hujus mutatae voluntatis cauſſas indicare, & a graviſſimis ſaltem criminationibus me purgare hac occaſione conſtitui. Vide igitur priſtinum *Actorum Lipſienſium* Judicium relatum ad annum 1738. menſ. Mart. a. p. 109. ad 113. ex quo pauca haec adſcribere neceſſe erit, ut inſtituta comparatione lector cognoſcere queat, veteri ne adſentiri malit, an recentiori? Pag. ergo 109. dum *Ambigua* recenſentur, haec legas: *provincia eum laudabiliter defungi, nulli dubitamus, praeſertim cum amorem erga literas elegantiores publice teſtatus ſit, nec tenuia laboris ſtrenui ſpecimina vel hoc unico ingenii foetu dederit.* P. 110. *horarum ſubſecivarum opus praeſens elucubratio eſt, tam*

tam concinne, tamque ſtudioſe perſcripta, ut miremur, cur Cl. Autor adeo injurius ſit in animi ſui dotes, ut omnes fere laudes verecunde nimis ab ſe declinet. — Chorum harum egregiarum obſervationum ducit Diſſertatio, non vilior ipſa de Ambiguis tractatione. P. 112. *Hinc vel elegantia ſtili, quo velut ſtellulis diſtincta ejus oratio eſt, nos jure ſuo pellicit, ut cominus & cum cura labores hos contemplemur.* Pag. denique 113. *Id quod indicio eſt,* Cl. Reitzium *ad culturam elegantiorum literarum vere natum eſſe*, &c.

Non mea ſponte has laudes repeto, quas neque quaeſivi, neque mihi tribuo; ſed nunc fata cogunt, eas malevolorum opponere obtrectationibus: Nam quando Miſcellaneorum pag. 337. ſcurra anonymus ait: „ Utilem operam navavit pueris „ *Reitzius*, *de ambiguis vocabulis* volu- „ men ſcribens, egregium ſupplementum „ *Pitiſci* Lexico „, ad ea nihil repono aliud, quam: Gratulor ergo gymnaſiis veſtris, pueros alentibus adeo prae noſtris eruditos, ut a prima aetate talia legere, atque intelligere queant, nec adoleſcentes aut juvenes Academicos veſtros quidquam his indigere, aut inde proficere amplius poſſe; modo ſinatis noſtros iis uti ut volunt.

Quid autem peccatum eſt, quod in

 com-

commodiorem literarum ordinem haec redegerim? Meliusne igitur Lectori consultum fuisset, si, miscellanearum observationum more, cuncta promiscue adposuissem? Per me licet, *hircos mulgat* criminator anonymus; (sic enim, pro *mulgeat*, scribit eruditus ille censor, ead. p. 337) sed pro errore typographico habeat, quicumque velit; nec ego tetigissem, si quidquam ipsi inesse humanitatis, adpareret, nec alia ignorantiae in sermonis Latini proprietate prodidisset indicia; nam qui in aliorum naevis tam cernit acutum, eum ante alios ab ejusmodi vitiis decet esse immunem.

At leviuscula sunt, quae lucifuga iste in hanc opellam nostram aliumque libellum discipulorum domesticorum in usum olim conscriptum obiter jactat scommata, prae iis, quae infamem in modum eructat convicia adversus orationem *de Critico homine Platonico*, anno 1748. a me habitam.

Ea tamen generoso concoquere decreveram silentio, ne cum larvis pugnare dicerer, si cum ignoto & ignobilissimi animi homine decertarem, qui nomen suum profiteri non est ausus, ne infamia, quam alteri inurere parat, in ipsum redundaret, nevê facultas daretur, plures in ipsius scriptis, si qua forte ediderit, notare errores.

rores. Operamque me lusurum putabam, si iis responderem, apud quos nihil valent humanitas ac modestia.

Sed, suadentibus amicis, ut hominis saltem furorem reprimerem, ne objecta vitia silendo adgnoscere viderer, & ne minus versatis fucus fieret, credituris re vera non esse Latina, quae censor iste negat; mutavi consilium, & ferias nactus partem earum defensioni impendere non detrectavi; eoque minus, quando id agi intelligo, ut auditores a collegiis nostris absterreantur, quos ut ego nullis lenociniis, occultisque artificiis adlicere soleo, ita mala fraude eos abduci, summum nefas existimo. Numquam aliis me praeposui, numquam me jactavi, stilumque meum juvenibus imitandum proposui; sed quam diligenter ad veteres eloquentiae fontes auditores meos remittere consueverim, optime norunt ipsi.

At offendit alios jocosa oratio adversus Criticos quosdam immodestos habita; Verum sciant velim, non id odio sanae Criticae factum; nec quemquam speciatim a me designatum; sed potissimum, ut ostenderem, non esse me ex illorum literatorum numero, qui discipulis aliorum collegia dissuadeant, inculcentve, nihil opus esse Physica, Logica aut Mathesi; sed inte-

tegrum ferme curriculum Academicum ſoli deſtinandum literaturae; quo peracto, triduo JCti poſſent fieri, aut Theologi.

Non ego me erroribus immunem praedicavi; facileque fero eos obſervari, & corrigi, dum aliqui in reprehendendo modeſtiae fines ſerventur, eorumque convictus fateri ac deprecari, quam defendere malim. Et quidni oratio jocoſa faciliorem inveniret veniam; ſi non omnia ad aurei aevi normam moroſe exacta fuerint verba? At quando longe plurima falſo exprobrantur, & immodicis exagitantur conviciis, fruſtra ſperant inhumani adverſarii, me ad immiſericordem eorum miſericordiae aram confugiturum.

I. F.

I. F. REITZII

APOLOGIA.

Audi Germania! Audi Belgium! Audite viri docti pariter ac semidocti! Audite juvenes adolescentesve literarum studiosi! Novus exortus est Criticus, sine nomine, sine fide, sine pudore, novas qui leges promulgavit Grammaticas, praecone F. O. Menkenio adnuntiatas in suis Miscell. Lipf. novis, anni 1751. a p. 315. ad 341. quibus e Latio illum proscribendum, & eruditorum catalogo eradendum, sancitur, quisquis postea scripserit, *cujuscumque dignitatis auditores:* qui *literatos* dixerit, non addito *homines*, vel *viros*. Aut quisquis voces ejusdem soni protulerit, idemque verbum, variato licet casu, repetierit: aut *me*, *te*, *ipsum*, vel *me*, *te*, *ipso*, posuerit, pro *me ipse*, &c. Statuiturque, *suavi voce* non posse *resonare parietes: Animum gratum* haud amplius significare beneficii memorem: Item *nodum* amisisse significationem propriam ac primariam, nec amplius pro vinculo adhibendum; sed figurate tantum pro *difficultate* sive *impedimento* accipiendum. Belgicismi porro damnandas locutiones, quae totidem verbis Belgice converti queant: Aliaque proponuntur, mox ad examen vocanda, ut erudita concio de harum legum aequitate aut iniquitate in suffragia ire, ac sententiam ferre queant, velintne jubeantne illas perferri, an vero antiquandum censeant.

Haec summa erat epistolae, quasi Hamburgo missae, quam tamen non ibi datam, sed in Belgio nostro natam, ex manifestis cognoscitur signis, omnesque ferme nostrates mihi facile adsentientur, ita a mendacio incipere bellam istam & fictam epistolam, ab invido quodam Reitziorum familiae obtrectatore conscriptam, quos e gymnasiis prorepsisse, ubique dolens vociferatur; quod nobis tamen non majori erit opprobrio, quam *Aemiliis, Heineccüs, Dukeris, Wielingiis, Witbosiis, Oudendorpiis*, viris clarissimis, aliisque, quos longa serie enumerare liceret; quorum eruditionem etsi non aequiparamus, inutilem tamen prorsus diligentiam nostram esse juventuti, nondum sumus experti, nec infamis ullius facti nobis conscii: neque ego cathedram invasi, nec magnificis glorior titulis, neque Procerum suffragia turpiter emendicavi; sed illis lubentibus, & commendante Serenissimo principe, eo sum perductus, quo adspirare dudum, suadentibus Amplissimo Ev. *Ottone*, & Clarissimo *Drakenborchio*, neglexeram, viribus diffisus. Atque ea forsan caussa est, quod, uti calumniator profitetur p. 316. *animadversiones* istae *dudum scriptae*, tum demum prodierint, quum Celsissimus princeps Arausiacus e vivis excessisset; (statim enim ab ejus obitu publicatae sunt) ut quasi patrono orbum adgrederentur. Hoc scilicet magnanimum! hoc honestum est! At errarunt, censore judice, in me augendo ornandoque utrique. Quid igitur nomen suum non prodit ac dignitatem? ut Magistratus posthac ejus oraculum ante consulant, quos legi velit professores. Caussa vero, cur & Menkenius occasionem cupide adripuerit, eas miscellaneis suis inserendi, atque ita suas quodammodo faciendi, facile subolebit cuique, cui vetus nota super Luciano querela, cujus editionem no-

novissimam a me procuratam quum quovis modo infamare decrevisset, ob lucrum duplex sibi a bibliopola negatum, idque frater meus Harderovicensis in lucem produxisset, publicata *Menkenii* super hac re epistola, in actis literariis menstruis, inscriptis: **Maandelyke uittreksels of Boekzaal** / mensis Septemb. anni 1749. pag. 336. — 42: Ex qua parum honestum id artificium & illiberale opificium paruit abunde. Hinc illae lacrimae: Hinc insana illa criminandi libido. Hunc enim nodum cum solvere non posset, nec alia se expedire via, quam convicia conquirendo & jactando, libellis nunc famosis nos impugnat, & Miscellaneis suis ita decus conciliare, lectoresque pellicere studet. Egregium vero decus, alios infamando famam captare! & male dicendo bene audire velle. Sed desinat tandem, quaeso; Ne plures ejusmodi Menkenianae epistolae non dissimilis argumenti aliquando proferantur.

Nunc age rem ipsam videamus, & quam recte barbariem ubique deprehenderit cavillator anonymus, examinemus, de Latinitate prius acturi, ad scommata ubique inspersa, parumque digna ut iis moveamur, postea simul & semel nonnihil dicturi.

In *Orationis titulo* insectatur adversarius verba *demonstrare voluit.*] Viden' Lector, ut modestia etiam vitio detur, quam & criminatur iterum p. 335. quod p. orat. 39. professus sum, me probatorum vatum choro inseri non mereri. Nolui autem apodictice profari, me omnibus rem certissime demonstrasse ac persuasisse; sed uti tum auditorum judicio caussam permisi, ita & nunc lectorum arbitrio eandem relinquo. *Nibil enim*, secundum Cic. pro Cluent. c. 3. *innocenti, suscepta invidia, tam optandum, quam aequum judicium, quod in hoc uno*

denique falſae infamiae finis aliquis atque exitus reperiatur.

In *orationem* vero *ipſam* cavillator ſic invehitur, pag. epiſtolae altera, ſive pag. 317. Miſcellan. „ P. orationis 1. *In curia provinciali dicta.* Quorſum illud *dicta?* — Belgæ ſo genaamt. Sic „ iterum noſter infra p. 38. *omnes claſſicos dictos* „ *auctores.*] At ſcias, naſute, illud *dicta* additum, ne maligni, tuique ſimiles, (qui tamen pauci erunt, adeo excellis malitia) dicerent, nomen *provincialis* nimis eſſe improprium; quoniam nec regiones noſtrae recte *provinciae* vocentur, quod tamen nomen mutare nolui, quia eo ipſa curia utitur, ne cum urbana curia confundatur; quod ſi omiſiſſem addere *dicta*, id quoque criminatus fuiſſes. Unde vero noſti, me id poſuiſſe pro *ita dicta*, zo genaamd; quaſi falſo ſic diceretur? quum ſimpliciter adhibuerim, pro *vocata;* prius interdum verbum praeferens, ad vitandum ambiguum, quia *patres vocati* etiam ſignif. convocatos, vid. OVID. IV. Ex. P. IV. 35. An vero, te judice, illud *dicta* Latinum non eſt, ſed belgiciſmus, pro nominata, vocata? Nec igitur Latina erant illa Terentii in Andr. & Eun. obvia: *Soror eſt dicta*, neque hoc Heaut. V. 4. 2. *dictus filius tuus?* At neceſſario, ſcilicet, additum oportuit *falſo*, ut ap. Liv. III. 48. 4. *Si falſo pater dictus ſum;* Diceresne, prioribus itidem locis *dicta* non reſpicere nomen, ſed quod ita vulgo narretur, eum eſſe fratrem vel ſororem. At nonne initio Metamorphoſeos OVIDIO, *quem dixere Chaos*, idem eſt, ac *nomen dederunt*, *vocarunt?* quod verbum de ead. re adhibet I. *Faſt.* 103. *Me Chaos .... vocabant.* Et in iisd. Faſtis menſium nomina inveſtigans aliquoties Aprilem, Majum, Junium, inde *dictum;* ſed III. F. 77. rurſus *menſem vocatum* ait.

ait. VI. autem F. 609. rurſus: *dictus ſceleratus ab illa vicus.* An Suetonio in Tib. 3. *Ejus abnepos patronus ſenatus dictus*, non idem eſt quod vocatus, adpellatus? Et Calig. 35. *Proculus Coloſſeros dictus.* An pro tua, cenſor argute, ſapientia, *Patronum ſenatus dictum* nobis forſan exponeres eadem poteſtate, qua *dictatorem*, vel *magiſtrum equitum dicere*, ſumitur?

At nunc demum etiam, *claſſicos auctores dictos*, vitioſum eſt. Olim vero, quando ipſi Lipſienſes in Actis Erud. anni 1738. pag. CXI. majore etiam ambitu, ſcribebant, *exemplisque Autorum, quos vocare ſolemus, Claſſicorum*, id recte dictum erat; Et ſane longa defenſione non indiget. An enim ab omni aevo *ſcriptores* vocabantur *claſſici*, etiam ante inſtitutas civium claſſes, a quibus id nominis traxere? Quid GELL. XIX. c. 8. ad fin. *Oratotorum aliquis vel poëtarum, id eſt* CLASSICVS, *adſiduusque aliquis* SCRIPTOR, *non proletarius*, aliter vult, quam per *claſſicum* ſignificari primarium & auctoritate valentem, uti *claſſicos* Lib. VII. c. 13. non omnes, qui in claſſibus erant, ſed primae tantum claſſis homines dictos, ex M. Catone obſervaverat, (an vero auctores & ſcriptores confundere liceat, deinde videbimus:)

Ibid. ſciolus reprehendens, quod p. orationis 2.
„ legatur: *cujusque loci ac dignitatis auditores*, ad-
„ dit: *Dignitatem* dicit honorem, ordinem, ſed
„ quaero auctoritatem unius aureae vel argenteae
„ aetatis ſcriptoris.] Primo quinque hos genitivos inhumanitati ejus facile condono, quod & ſimilia poſſim proferre exempla; licet id mihi non condonaſſet peritiſſimus iſte elegantiarum judex. Deinde rogo, quaenam fatidica Sibylla ei inſpirarit, me *dignitatem* hic pro *ordine* poſuiſſe; quum enim *Ordines*

dines jam paullo ante essem adlocutus, quisnam auditorum tam esset iniquus, ut crederet, me nunc eosdem iterum compellare? sed age, pro *ordine* dignitatem dixissem, uti pro eminentis conditionis hominibus honoribusque id accepisse, non nego; nihil tamen peccatum esse in Latinitatem, contendo. Dudum scivi, *dignitatem* esse, qua quis honore & reverentia se dignum facit; vel qua se digne in ipsis honoribus gerit. Adeoque & auctoritatem significare: Ex definitione CIC. 2. de inv. c. 55. *Dignitas est alicujus honesta & cultu & honore & verecundia digna auctoritas.* Vel si mavis cum Casaub. ad SUET. Caes. 16. τὸ ἴσον τὸ κατ' ἀξίαν. Verum an idcirco numquam usurpatur metonymice? veluti nec *honor* per se est munus publicum, sed ejus consequens; attamen *honores* pro muneribus honorificis poni, vel pueri sciunt: Veluti *consilium* proprie non est Senatus ipse, attamen pro eo usurpatur, ut CIC. de Senect. c. 6. post med. *Senatum* a majoribus adpellatum esse *summum consilium*, disertis verbis ait; quia consilium sit in senibus. Item pro collegio consiliariorum; quod toties ad Livium probarunt Gron. ac Drakenb. ut confirmatione ampliore non egeat. Immo ut *locus* non urbem aut solum natale semper signif. sed & conditionem, statum, quando *cujuscumque loci* homines dicimus; ita nunc idem de *dignitate* videamus. Si ea pluralem & gradus habet, per quos adscenditur, si *dignitas equestris* & *consularis* dicitur, pro ordine & gradu equest. & cos. variae sunt dignitatis species, & cum honoribus & ordinibus conveniunt. PLIN. IX. Ep. 5. *ut discrimina ordinum* DIGNITATUMQUE *custodias.* ubi quidem aliquantum (quod & ego feci) separatur ab ordinibus, sed pro variis hominum conditionibus tamen accipi, ipsum epistolae argumentum

tum indicat. Idem PLIN. paneg. c. 70. 8. *Si bene aliquis provinciam rexerit, huic quaesita virtute* DIGNITAS *offertur; patet enim omnibus honoris & gloriae campus: Ex hoc quisque quod cupit, petat.* Unde, & ex §§. feqq. fatis patet, de petitione honorum & magiftratuum urbanorum fermonem effe. Ante, c. 61. 2. de confulatu loquens: *altiffimae civium* DIGNITATES *collatione faftigii tui quafi deprimuntur.* Quid & ibi *altiffimae dignitates* aliud funt, quam fummi honores? TULL. de amic. c. 3. *ut ex tam alto* DIGNITATIS *gradu ad fuperos videatur perveniffe.* Quid autem eft hoc C. NEPOTIS Phoc. I. 1. fin? *fi mei fimiles erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc* DIGNITATEM *perduxit.* Refpicitne ad honores & poteftates fummas ibid. §. praecedente commemoratas? Idem in Att. 1. *a majoribus acceptam* EQUESTREM *obtinuit* DIGNITATEM. fed c. 19. 2. eandem hanc Attici fui *equeftrem dignitatem* vocat *ordinem equeftrem*, quando ait: *Namque hic contentus ordine equeftri, quo erat natus.* SUET. Aug. 27. *Philopoemenem* (libertum) EQUESTRI DIGNITATE *decoravit.* Quid hoc aliud, quam ordini equitum adfcripfit? PLIN. Ep. I. 20. ad explendum equeftrem cenfum Firmo fuo pecuniam obferens, monet, ut DIGNITATE *a fe data* modefte utatur. i. e. equeftri gradu. Et fic. III. Ep. 2. *gradum* equeftrem & *dignitatem* varietatis cauffa permutat. CIC. de prov. conf. c. 16. pr. *neminem umquam eft hic ordo complexus honoribus & beneficiis fuis, qui ullam* DIGNITATEM *praeftabiliorem ea, quam per vos effet adeptus*, putarit. Ibid. *qui ---- bene gefta Republica referunt adfpectum in curiam, atque huic ampliffimae* DIGNITATI *commendati effe volunt.* Quales igitur

tur ſunt eae dignitates, quas ſenatus tribuit? anne ipſi honores pro meritis dati? quin *dignitas conſularis* pro ipſo conſulatu accipienda ap. eumd. I. phil. c. 6. *Idcircone nos* P. R. *conſulares fecit, ut in altiſſimo ampliſſimoque* GRADU DIGNITATIS *locati, remp. pro nihilo haberemus*? Hinc *dignitatis inſignia* filiae ſenatoriae tribuit TACIT. An. XVI. 31. Atque ita apud FLOR. I. 13. 10. *ut in ſua dignitate morerentur*, eſt, honoris inſignibus induti. ne addam quae de *ſtatu dignitatis*, & honoribus obtinendis, dixit Cort. ad SALL. Cat. c. 35. 3. Sed age impudens malevole, teſtimonia quaedam Scriptorum modo indicatorum paullo aliter interpretetur alius; (omnia enim alio detorquere non poterit) an tamen in iis, quos ibi loci adloquebar, auditoribus, inter quos aderant praetores, ſenatores, & quaeſtores vicinarum urbium, nullus fuit, qui *dignitatis* adpellationem merebatur?

Ead. pag. calumniator invehitur in verba orationis prima: *Etſi ſummam hujus vitae jucunditatem in varietate poſitam eſſe, haud abſurde cum quodam non infimi ordinis literato dixero.* „aitque: di- „ cas, te Chreiam audire pueri alicujus; ſolent „ enim pueri Chreias a dicto poëtae alicujus, aut „ clari viri ordiri &c.] Sed noſtin', o naſute, aliam hodie plerumque eſſe orationum rationem atque olim, ideoque & aliter licere ordiri, & conſuetudini dudum receptae hoc facile poſſe dari, quam Viri Te majores ac me, non ſprevere, atque unde nihil detrimenti patitur Latinitas aut eloquentia. Quis enim illuſtr. DA. HEINSIO litem umquam movit, orationem XII. exorſo: LEONTINVS GORGIAS *inquit.* ac XIII. inchoanti *a dicto* veteris ſapientis, quo annos CVII. natus *naturam accuſabat.* Aut or. XXIII. rurſus: *Gorgias Leont. tragoediam* de-

definiebat. Quis culpavit Orat. XXVII. incipientem a narratione moris Athenienſium, *ut parvis ante imbueretur myſteriis, qui magnis imbui vellet.* Quis MURETO, homini eloquentiſſimo, dicam ſcripſit, orationem XVI. vol. I. auspicanti a dicto antiquorum, *non licere cuiquam mortalium, quid facturus aut non facturus ſit, certo pronuntiare.* Quis demum indignatus eſt or. X. volum. II. his incipere verbis: *Socrates apud Platonem in Timaeo ait.* Nec tamen ſemper ita exordiuntur illi, nec ego. quid ergo cavillaris inepte?

Dicere, loqui cum aliquo meliore ſpecie reprehendere videris. Sed *loqui cum quo*, pro, uti alicujus verbis, neque dixi, neque dicerem; quia id ſignificaret *colloqui*. At quum *dicere cum quo*, ambiguum non ſit, nec adverſus genium linguae peccet, ideo non refugi. Id ſi tamen barbarum judicetur, ut ignoſcat benevolus Lector, oro. Non vero ſolum *facio, ſentio cum quo*, obvia, pro idem quod alter, facio, ſentio; ſed & *erro, miror, ignoro, ſcio, narro, cogito, laetor, rideo, opto, quaero, queror, imitor, cano*, aliaque verba ſermonem aut ſonum ſimul complexa, eandem praepoſitionem admittunt. Et, ſi cum poëta incipere ac deſinere tibia (i. e. Muſa) dicitur Virgilio Ecl. VIII. an adeo erit mirum, praepoſitionem & in aliis verbis locum habere? CIC. de Sen. c. 2. MIRARI *ſoleo* CUM *hoc Laelio.* Ad Att. VII. 14. fin. *tu ipſe* CUM *Sexto ſcire velim quid* COGITES. Ad fam. XII. 18. f. *nihil mihi tam deeſſe ſcito, quam* QUICUM *haec familiariter docteque rideam.* Idem Tuſc. I. c. 17. *Platonem ſenſiſſe idem quod Pythagoran* ---- ERRARE *malo* CUM *Platone* ---- *quam* CUM *iſtis vera ſentire.* Viden' ut *ſentire idem quod*, prorſus idem ſit ac *ſentire cum*. Ne addam quod eidem frequens:

me-

mecum recognoscite : Sen. de ot. sap. c. 30. *veritatem* CUM iis ipsis, *qui docent, quaerimus.* VIRG. Æ. VI. 718. MECUM LAETERE. Et Æn. IX. 528. MECUM EVOLVITE. i. e. enarrate, ut Serv. vel memorate, ut ipse poëta versu seq. exponit. Ecl. II. 13. MECUM RESONANT *arbusta.* ib. 31. MECUM IMITABERE. TERENT. Ph. V. 8. 44. NOVI *aeque omnia* TECUM. Adel. IV. 7. 32. *quicum cantites.* HORAT. 2. Epi. I. 87. *quod* MECUM *ignorat.* Idem A. P. 153. *Quid* MECUM *populus* DESIDERET, *audi.* At quomodo Horatius id scivit, nisi populus dixerit? PLIN. Paneg. c. 44. pr. *Meministi quae* OPTARE NOBISCUM, *quae sis* QUERI *solitus.* Licet alias *queri cum quo*, sit apud quem, Ovid. in fab. Io. in vacc. *cum Jove visa queri ;* tamen Plinio significat idem queri quod alter. Nec ipse Voss. de vitiis sermonis agens L. IX. p. 416. b. *dicere cum Cicerone*, refugit.

Sed indignabitur lector stuporem intuens hominis, ibid. etiam pronuntiantis, *literatum* simpliciter non dicendum, nisi addideris *virum* vel *hominem.* An forte literatum stare solum non patitur, quia ap. PLAUT. Cas. 2. 6. 49. *si hic literatus me sinat,* signif. *servum stigmatibus inustum?* Ne huic similis feratur. Ergo nec *doctum* aut *eruditum* dicere licebit; sed *hominem* addendum. Miror igitur Menckenium talia succenturiati sui quoque probare, quae sannis re vera digna sunt. Qui enim tot volumina ab tot annis ACTA ERUDITORVM esse inscripta, toleratum, & ab nemine deprehensum est, etiam ibi *hominum* vitiose omissum? Posthaec igitur forsan titulo auctiore ACTA ERVDITORVM HOMINVM inscribentur. An vero *armati* quoque eadem analogia nova non amplius dicentur;

tur; sed semper *viri armati*. Peccavit ergo Nepos Phoc. 2. 5. *ne armatis quidem praeesse voluit*, Sed Livius quoque sic centies. Pudet ac piget tam trita testimoniis firmare, ideo paucis defungar. Ut ego *quodam literato* dixi, cumpronomine, sic auctor ad HERENN. L. IV. c. 4. *te* LITERATISSIMUM *putes*, ibid. *quivis mediocriter* LITERATUS. Terque itidem quaterve sine substantivo viri aut hominis SUETON. de ill. Gram. c. 4. QUINCTIL. I. 6. p. 76. *Multum enim* LITERATUS, *qui salutavit*.

Quando autem ibid. subjicit: illum literatum haud dubie ex eo esse ordine, quo ego nuper fuerim, (i. e. scholastico,) respondeo, illum fuisse M. A. MAJORAGIUM, Rhetora & Literatorem eximium, Professorem eloq. Mediolanensem celebratissimum, cujus nomen addere nihil adeo necesse erat, quod notissimam crederem ejus *de varietate* orationem; quum fasciculus ejusdem oratt. in omnium sit manibus.

At quando pag. seq. fastidiosus homo exprobrat *varietatis* vocabulum in una pag. quinquies repetitum, alibique etiam aliud verbum bis adhibitum sermonis paupertati adscribit, id per me licet, qui orationis luxuriantis abundantia non glorior. Sed quum alios quoque norim, nimis in similibus superstitiosos, nec attendentes, aut ignorantes, quam saepe id veteres fecerint, partim consulto, partim istas minutias parum curantes, in quibus verae eloquentiae cardo non versatur, atque juventutis hoc scire intersit, nunc pluribus id ostendere optimorum exemplis, operae erit pretium. Licet ne verum quidem sit, quinquies prima illa pag. a me adhibitum *varietatis* verbum, sed quater tantum, & variato praeterea casu, *varietate* — *varietas* — *varie-*

rietate, *varietatis*, dixerim, quod nemo praeter te, insulse homo, prohibet. Sed vel pluries idem frequentissime factum a veteribus, mox videbis; idque saepe praestare, te doceat HERMOGENES, qui de methodo c. 4. „ eodem vocabulo monet „ utendum, quando illud rem efficacissime de„ signat ---- ac siquis tum aliud vocabulum adsumat, „ intempestivam, ait, eum ostentare copiam. „ Ita HOM. Odyss. 7. *Sicut autem ex montibus* „ *celsis* LIQUEFIT *nix*, *quam Eurus* LIQUE„ FACIT *effusam a Zephyro*, ea LIQUEFACTA „ *exundant fluvii : ita per pulcras Penelopes genas* „ *lacrimae* LIQUEFIEBANT. (Graeca & Homeri, & Hermogenis dedissem, si mihi constaret, ea te intelligere:) At verbosus Homerus, dices, orator non fuit: Oratores idem facere audies, eratque Hermogenes ARTIS HUJUS adeo celeber, ut ipse M. Antoninus princeps eruditus ad eum audiendum fuerit excitatus. CIC. pro S. Rosc. c. 1. quinquies, totidem in versibus verbum *dico* adhibet. *Siquis istorum dixisset ---- plura dixisse quam dixisset putaretur. ego etiamsi omnia quae dicenda sunt, libere dixero.* Idem I. Phil. c. 5. *Senatores ---- senatori ---- senatorem.* ib. c. 6. *Populum R. Populo R. Populus R. Populi Romani.* Sed nec variato casu sexies *Caesaris*, uno c. 7. & quater c. 8. in quatuor versibus. Idem CIC. Act. I. in Verr. c. 14. Sola parte posteriore quater repetit *judicia*, intra paucos versus. c. 45. quinquies *possessor* intra versus quinque. Pro Cluent. c. 1. *reticendo*, *nec obscura dicendo*, ---- *in dicendo*, *agendo* ---- & *consequi dicendo*, c. 4. in sex versibus: *dicam*, *dicenda*, *dicatur*, *dicitur*, *dicta*. Ibid. paullo post, quatuor versibus quater *satisfaciendi* verbum

bum occurrit. III. in Catil. c. 5. quinquies vox *fignum* folo accufandi cafu. Pro S. Rofcio Am. folo c. 37. duodecies nomen *Chryfogoni* habemus, pro quo fubftituere pronomina potuiffet. Ohe quam peritus ergo dictionis eft Tullianae, qui nefcit primariam thematis vocem dedita opera repeti (non per anaphoram, de qua hic non agimus). E. c. de *Leg. Agrar.* c. 2. brevi intervallo quinquies *agros* legas, cafu nec variato, nec per anaphoram; parte vero priore capitis 4. fepties *agris*, *agros*, *ager* &c, alibique faepius una pagina. Item vocem *legis*, *legem* non minus crebro, c. 5. & 6. In elegantiffimo etiam PLINII Panegyrico, c. 62. parte fola priore, vox *Senatus* occurrit octies. *Confulatus* vero & *confulatum* capite admodum exiguo 57. intra unius paginae dimidium fepties, & c. 61. plus decies; intervallo certe novem verfuum fepties. ib. c. 64. fin. quinque habemus *quod* intra tres verfus. In eleganti orat. pr. Arch. c. 4. fexies *cum*, fine neceffitate, ipfo principio: CUM *effet* CUM *Lucullo* --- *&* CUM *ex ea provincia* CUM *eodem Luc. decederet*, *venit Heracleam*, *quae* CUM *effet civitas*---CUM *ipfe per fe dignus putaretur.* Abi jam, critice pauperrime, & infulta his etiam petulantiffime; donec de fruftra exprobrato homoioteleuto in *mores* & *contemtores* etiam retundare fuo loco. Nam de bis adhibitis brevi intervallo verbis exemplorum proferre myriada minus nunc erit neceffarium, ut PLIN. II. Ep. 7. 5. *quibus nunc honore adaequatus eft; quo quidem honore.* HOR. A. P. 460. --- *qui tollere curet. Siquis curet opem ferre.* licet & hic male feduli critici non femel nodum in fcirpo quaefierint, ejicere bis recurrentia volentes. Ideoque recte in PLIN. Paneg. c. 19. fin. *internuntios & interpretes* retinuit clar. *J. Arntze-*

zenius, ac Tullio teste firmavit: quod & pluribus possit probari, e. c. in VERR. Or. 8. c. 37. Et LIV. XXXIX. 1. pr. *inter intervalla*. Ac. XXX. 33. 12. *per interpretes inter immixtos*. Multasque similes repetitiones ostendit eruditiss. *Wopkens* in lect. Tullian p. 186. seq. quibus vulgatam lectionem frustra suspectam tuetur, e. c. Acad. I. c. 13. *qui --- nihil sciri posse* DIXERUNT --- *omnia tenebris circumfusa esse* DIXERUNT. II. de Nat. Deor. c. 39. *speluncarum concavas* ALTITUDINES, *saxorum asperitates*, *impendentium montium* ALTITUDINES. Caesari & hoc familiare, ut I. B. G. 49. quinquies *locum* legas totidem intra versus. ib. c. 52. quater *hostes*. Plura indicavit Clar. Oudendorp ad c. 44. §. 9. Eadem autem verba propinquo loco repetita singulis occurrere pagg. recte monet ib. Sed plus quam centum exemplorum copiam ex uno Livio congessit Cl. Drakenb. ad LIV. I. 3. 9. *Sepultus in eo* COLLE *cognomen* COLLI *fecit*. Nimium sedulos in expungendis verbis repetitis criticos dudum quoque reprehenderat GIFANIUS Ind. Lucretii v. *Repetitio*.

Quae tamen eo non dicta velim, ac si variatio verborum alibi non sit omnino commendanda; Sed, ne credamus explodendum, si, optimorum exemplo, (quorum ego vel imitari malim negligentiam, quam obscuram obtrectatorum diligentiam:) non nimis sollicite ubique varietatem illam sectemur. Quod si autem serio dubitat, possimne variare φράσιν, speciminis loco per omnes tropos figurasque rhetoricas ipsi, si velit, hanc variabo: *Menkenius ejusque socius anonymus calumniatores sunt*.

Non meliore jure cavillator p. 318 carpit soni varietatem non observatam p. orationis 19. n, *contemtores*, *eorumque errores & mores*.] Sive enim

per

per jocum hic homoioteleuton quaesierim; sive per incuriam; nihil tamen contra veterum exempla peccatum est. Frustra Cl. Heinecc. in fundam. stili part. 1. c. 1. praecepto 16. paragraphi XIX. jubet *quam maxime cavenda* ὁμοιοτέλευτα. quasi eam adhibere figuram nunquam liceat. Modestior QUINCTIL. Inst. IX. 3. p 811. eam admittit, dum adhibeatur modus, & exempla quaedam adfert, recteque ibi Turnebus, si saepius usurpetur species horum etiam optima, nimiam id ostendere adfectationem. Ideoque nec ego saepius illam adhibui. Ecce tamen, maligne interpres, tantam tibi obcantabo similium copiam, ut auris tibi non dextra, sed sinistra tinniat. GIFAN. in append. obsservatt. ex Cic. 2. de Div. *conjecturam adhibent, non naturam*. Ex Orat in Pison. *moribus non majoribus meis*. In Verr. *non modo extra tectum, sed ne intra lectum*. Pro Coel. *civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum*. Addo C. NEP. in Cim.c.1. *Non magis amore quam more ductus*. PLIN. Paneg. c. 82. 4. *Non minore cum pudore*, ac similia frequenter in priorib. etiam capp. Omitto quae VAVASSOR habet de vi & usu quor. verb. p. m. 11. addoque quae ipse, & potissimum in orationib. Tullii & Pliniani Panegyrici, dudum observavi. Pro Flacc. c. 1. *consiliorum periculorumque meorum*. ib. c. 3. f. *constantissimum senatorem, justissimum praetorem*. c. 4. *quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit*. Ib. *Num Gallorum, num Hispanorum putatur, totum Graecorum est*. Pro Mil. c. 7. *summorum atque infimorum, & ---- majorum suorum*. Pro Dejot. c. 10. *armorum non deponendorum, sed abjiciendorum*. In Verr. L. 2. c. 10. *Non modo tibi datum, sed tua manu numeratum*. Ib. 13. *alium de suo judicio putet judicaturum, seque in eo capitis peri-*

riculum aditurum ---- quem statim putet judicaturum. Apud eundem I. Phil. 1. sexies intra versus septem verbum terminatur in *ebat* : *ad deliberationes quas habebat, principes civitatis adhibebat, ad hunc ordinem deferebat, ad quaesita respondebat ---- unum ajebat ---- nullae, respondebat.* Pro S. Rosc. Am. I. *Si quis istorum dixisset----si verbum de repub. fecisset, multo plura dixisse quam dixisset, putaretur.* Pro Q. Rosc. Com. 1. vix duorum spatio versuum, *tabulas poscebamus, nunc tuas ---- flagitamus, & ---- non recusamus.* c. 3. f. *referebas --- relinquebas? Cur scribebas? Cur --- scriptum habebas?* Immo quod magis mirere, ib. c. 6. octies in solis quatuor versib. terminationem in *abas* & *ebas* : *honoris caussa adpellabas, & virum primarium esse dicebas, & socium fraudasse arguebas. Sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiae concedebas; Chaereae arbitratu caussam agebas.* Phil. II. c. 44. ad fin. decies in 2. versibus in *um* terminata video. Pro Dejot. c. 9. octies in *em* & *um* desinentia jungit: *fortem, justum, severum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem.* ib. c. 8. f. *caussam illam victam ---- Caelium istum magnum.* Ne illud LIVII V. 14. 5. addam, ubi 23. *um* reperiuntur juncta; quod in oratione saltem non imitarer. PLIN. Paneg. c. 2. §. 5. *probemus, atque itemtidem cogitemus, --- si praestemus.* Ib. §. 7. *pietatem, divinitatem, facilitatem.* c. 17. §. 3. *telorum tuorum, sed etiam oculorum.* c. 36. uno versu, *cruentarumque praedarum --- in orbe terrarum.* Idem c. 88. pr. *horum nutu regebantur, per hos loquebantur, per hos praeturae petebantur.* c. 94. 3. *signa misisti, --- cum tuo honore cessisti --- tibi Pont. M. elegisti.*

P. 318. criminatur vocem *omniscius*; quasi pro pro-

probato verbo ſimpliciter adhibuerim, quod tamen non eſt verum; quum addita excuſatione verbi Theologici eo uſus fuerim. De *bulimia*, & *ſucco vitali* ib. accuſatis dicetur infra, ſuo loco. Quod autem ead. pag. *equorum machinam* cum dixerim, id credis de equo Trojano poſſe accipi, quis tecum ſentiet? Pluralis enim numerus id ſatis prohibet. An vero plures erant equi Trojani? At equi corpus machina non eſt. Si ergo *moles* dixiſſem, ut SEN. de prov. in fin. *tanta moles corruit*, de bobus, quodque verbum de magnis beſtiarum & hominum corporibus adhiberi, Freinshem. ad Curt. dudum indicavit; tu itidem de equo Trojano interpretatus eſſes, quando & Virg. de eod. equo aliquoties *molem* dicit. Eſto autem, veteres philoſophi corpus *machinam* non vocarint. An tamen re vera non eſt? At machinam vocavit mundum LUCRET. V. 97. LUCAN. I. 80. aliique: Vereque ſignificat omnem artificioſam ſtructuram, quod plus ſatis notum. Si vero & ita veterum inhaerendum philoſophiae; ut ab illa quoque, ne verbo quidem, diſcedere liceat, licentiae meae veniam peto.

P. 319. damnat *proficiſci ut*, pro *quod* vel infinitivo.] Sed elegantius ſcilicet hic procederet infinitivus; ſi ex ejus ſententia dixiſſem: *hinc proficiſci exiſtimem paucos contentos vivere.* Verum, uti *quod*, poſt verbum hoc alibi non reſpuerem, ita hic adhibere nolui; ſciat enim cavillator, pueros potius credere, *ut* vel *quod* poſt certa ſemper verba ſequi; quum id variet pro diverſa eorum ſignificatione, e. c. poſt *ſcribo*, *dico*, ſolet millies ſequi infinitivus, proque eo interdum *quod*. At quando eadem haec verba ſignificatu monendi, mandandi vel jubendi ponuntur, *ut* adſciſcunt. TERENT. Heaut. IV.

5. 33. *Non ego dicebam illi* UT *dares*, —*sed* UT *simulares*. CIC. XI. fam. 15. *velim ei scribas*, UT *putet*. & XIII. Att. 45. *scriptum erat*, UT *omnia pararet*. Sic & *praedicere* UT, ex Caes. III. b. c. notavit Tursel. Et ex aliis doctiss. van Staveren ad c. Nep. Them. c. 7. 3. ubi *eisque praedixit* UT NE *legatos dimitterent*. Contra alio sensu cum inf. Cic. I. Catil c. 10. *illos ad me venturos praedixeram*. Ita & ego hic *proficisci* pro effecto ac sequela accipiens i. e. *innatum desiderium efficere*, vel *ex eo desiderio sequi*, *ut pauci contenti vivant* ad sententiam totam, non ad verbum solum respexi. Sequelas autem sive consequentias, per UT exprimi qui nescit, adeat NIZOL. verbo *sequor*, & videbit, Ciceronem ubique fere dicere: *sequitur* UT, rarius cum infin. Immo ut inde *proficisci* & *nasci* fere idem valent ap. TULL. pro. P. Quinct. c. 28. *ex quo uno haec omnia nata & profecta sunt*, ita &, *inde natum est* UT, ex eod. probavit Gesn. in Thes. Ne jam tibi occinam, interdum & *ut* pro *quod* vel infinitivo in aliis inveniri, C. NEP. Hannib. 1. 1. *Si verum est* — UT, ad quae verba & alia similia indicat. van Staveren; sed & ego praeter ea quae adfert ille in CIC. dudum observavi. e. c. de amic. c. 14. *Si verum est*, UT *bonos boni diligant*. ib. c. 5. med. *quare sibi habeant* — *concedantque* UT *hi boni viri fuerint*. III. de Legg. c. 15. *in ista sum sententia*, *nihil* UT *fuerit melius*. JUSTIN. V. c. 12. *sperans* — UT *dux eligeretur*, pro, se electum iri, & IX. c. 2. UT *ponatur* — & UT *inviolata maneat*, *pollicetur*.

P. 320. mendacii accusat, quando p. Orat. 5. dixi, Grammaticam Latine *literaturam* verti, & Quinctilianum eam (i. e. Grammaticam) *ad scholas minores* relegasse.] De conversione illa testem cita-

taveram SUET. quem vid. de ill. Gram. c. 4. Adi nunc & QUINCTIL. Inſt. II. c. 1. *Grammatice (quam in Latinum transferentes literaturam vocaverunt) fines ſuos norit*: verumque reperies. De parte altera idem QUINCT. ib. *Hinc ergo accidit, ut — aetas altioribus jam diſciplinis debita, in ſchola minore ſubſideat, ac rhetoricen apud Grammaticos exerceat.* Ubi quidem queritur, partes Grammatici ſibi vindicaſſe Rhetores; ſed an eo ipſo non ſimul profitetur, Grammaticam pertinere ad ſcholas minores? An tu, perverſe homo, Oratoriam prius, dein Grammaticam diſcendam praecipies? ut ordine inverſo, rhetoricam ad minores, Grammaticam ad majores ſcholas redigas.

Ead p. 320. nugator imperitus reprehendit, *me ipſum*, & *me ipſo*, quod priſci eloquentiores *me ipſe* dicant] Nominativum alias & ego adhibui; ſemper adhibere nolui, quia utrumque recte dicitur, & ab eloquentiſſimis etiam aeque uſurpatur. Immo hic nequidem debui: quid enim eſſet: gratias ago pro *me ipſe*? Nam quod ipſe id facerem, non per alium, videbant audiebantque omnes. Eſt ubi neutiquam licet nominativo uti, e. c. quando HOR. I. O. 33. 13. ait: IPSUM ME *melior cum peteret Venus*. Vel quando TULL. IV Ep. 12. *Magium ait* SE IPSUM *interfeciſſe*, aut X. ad Fam. ep. 8. ſub fin. MIHI *quidem* IPSI *fructus* — *eſt paratus*. Ne addam illud Senecae de otio ſap. pr. *in* SE IPSUM *deſcendere*. De benef. 1. c. 7. *dono tibi* Me IPSUM. Et innumera ſimilia, in quibus neceſſario ſic dicitur: Alias pro arbitrio nominativum *ipſe*, vel caſum pronomini convenientem adhiberi, nunc videamus. Novi Cl Graevium in CIC. ac JUSTINO ubique fere nominativum praetuliſſe, ſed & ſaepius pro ſuo arbitrio ingeſſiſſe, nulla codd. auctoritate indicata, ubi al.

B 5 ed.

edd. *ipsum* vel *ipso* habebant; & ad CIC. III. off. 15. notare, hodie corrupte dici, *sibi ipsi*, pro *sibi ipse*, ideoque in ejus, quantumvis periti viri, verba jurare nolo; Nam & CIC. de Leg. agr. contra Rull. c. 1. *de* ME *autem* IPSO *vereor*. Item de Sen. c 13. *ad* ME IPSUM *jam revertar*. Pro Leg. Manil. c. 13. Edit. Gron. *imperator qui* SE IPSUM *non continet*; at Graev. *ipse* ibi, ex uno libro. I. in Catil. c. 2. ME IPSUM *inertiae condemno*, secundum Gronov. aliosque, *ipse* rursus Graev. nulla auctoritate addita. At intactum reliquit ejusdem illud IV. ad fam. 14. *agiturque praeclare*, *si* NOSMET IPSOS *regere possumus*.

SALLUST. in splendida Wassii ed. Catil. c. 20. *nisi* NOSMET IPSOS *vindicamus in libertatem*. Quod Cort. quoque mutavit in *ipsi*, obsecutus Rivio idque facilius paterer, si nimis levem non adderet hanc caussam: Latinitatis *rationem* pro nominativo militare; nam si *usum* dixisset, aliud esset; licet & usum ab altera parte minime abhorrere, adeo multis mihi constet exemplis, ut si eorum memores fuissent editores, haud ita audacter ad intrudendos ubique nominativos processissent. Non enim solum rursus CIC. ab ipso Cort. cit. I. de Legg. c. 10. med. *nihil tam par*, *quam omnes inter* NOSMET IPSOS *sumus*. (licet ib. paullo post: *sui nemo ipse tam similis esset*) sed & addo rursus II. Phil. c. 44. *quod si* SE IPSOS *e conspectu abstulerunt*. Ib. c. 46. *Ego de* ME IPSO *profitebor*. In PLIN. paneg. c. 91. §. 6. vulgo legitur: *si a* SE IPSO *dissentiat*. Arntzenius vero dedit *se ipse*; utriusque tamen casus exempla addidit. In poëtis certe nulla saepe mendi potest esse suspicio. HOR. I. Serm. 3. 34. — *denique* TE IPSUM *Concute*. Ac II. 7. 113 — TEQUE IPSUM *vitas*

tas fugitivus & erro. Idem I. Epist. 2. 33. *Ut* TE IPSUM. *serves* Item I. Epist. 17. 11. — *benignius* IPSUM TE *tractare voles.* Alibique non semel. Val. Max. I. 1. p. 32. SE IPSAM *defendit.* Quatuordecim etiam testimoniis ex CIC. LIV. &c. adversus Graevium probat Duk. ad FLOR. III. 18. 7, ME & SE IPSUM recte quoque dici.

Ibid. sannis excipit, pag. or. 6 a me dictum: *gratiore animo*, aitque: alacriore aut jucundiore voluit dicere. Nescit noster, quid differant gratum & jucundum] Haec sane malignissima simul & falsissima est insectatio ; Minime enim pro *alacriore* aut *jucundiore* usus sum, aut uti volui. Minime differentiam ignoravi, qui a multis jam annis eam discipulis exposui in CIC. epp. Fam. IV. 6. *cujus officia jucundiora scilicet saepe mibi fuerunt, nunquam tamen gratiora.* Et V. 15. pr. *Amor tuus — mibi gratus & optatus: dicerem jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem.* Sed *grato animo* ibi posueram pro beneficiorum memori. An & hoc igitur exemplis eget ? quod omnes pueri sciunt: Tu solus ignoras, aut per fraudem dissimulas: Ecce igitur rursum TULLIUS IV. Phil. c. 1. *laudo — cum* GRATISSIMIS ANIMIS *prosequimini nomen clarissimi adolescentis.* i. e. ob egregia ejus facta, quae mox enarrat. An vero *bomo gratissimus animo*, non idem sign. quod, cui *animus inest gratus?* ap. eumd. X. ad fam. 19. Et manifesto in epist. Bruti ad Cicer. 4. *Unum boc* GRATO *liberalique* ANIMO *profectum cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat.* Senec. Ep. 81. fin. *Nibil esse* GRATO ANIMO *bonestius.* An vero *mens grata* ap. Ovid. IV. exP. I. 7. qua se Pompeji debitorem fatetur, signif. *jucundam?* Anne pro beneficiis memori etiam VAL. M. V, 2. 4.

f.

f. *vulgi errorem* GRATAE MENTIS *significatione correxit*. Uti rursus TULLIUS de prov. conf. c. 17. beneficia enumerans accepta, haec se ANIMO INGRATO non repudiasse praedicat. Ac IX. ad Att. 2. post med. INGRATI ANIMI *crimen horreo*. Ap. unum Senec. de benef. vel centies: si *ingratus* igitur *animus* pro immemori beneficiorum recte dicitur, etiam inde facile adparet, quid sit *animus gratus*. Nam plura in re tam obvia addere pudet.

Ib. in fine vitio etiam vertit gratias pro collegis quoque a me actas;& scommata conjicit, quasi sacrificulum audires, ob eleemosynas concioni gratias agentem] At quanto tu dignior, qui pro concione traducare, talia exprobrando. Num vero, o hominum impudentissime, ne gratum quidem se declarare licet pro aliis, nisi veterum exemplo. Vid. igitur PLIN. Pan. c. 90. §. 3. *non pro se magis quam pro collega* gratias Imperatori agentem.

P. 321. carpit *illam pristinam*, cum *status* praecesserit, item *ac* pro *quam*, & *haec* sibi accidere, pro *has*, *utrumque* pro *utramque*] sed sciat, post *pristinam* excidisse *spartam*, quod operae omisere. *Ac* vero recte subjunxi, praemissis *haud adeo molesta;* si enim *tam molesta* dixissem, necessario sequeretur *quam*, nunc non. Saepeque *ac* & *quam* permutari, quis nescit? CIC. XII. fam. *malim commendari — tuo judicio digne*, AC *mereor* i. e. *prout* vel *aeque ac mereor*. LIV. XXXIX. 37. 15. *modo ne in aequo hostes vestri nostrique apud vos sint*, AC *nos* *fecit.*

Cumque post *alius* sequatur *atque*, ex. c. TER. And. III. 3. 13. & crebro ap. quosvis. Quid prohibet & in similibus idem facere? Item ap. Cic.

con-

contrarium ac, *non aliter ac*, notante dudum Nizolio.

Non adeo MOLESTA idem signif. quod *non perinde molesta*: postque istiusmodi comparationes solere sequi τὸ *ac*, vel *atque*, adeo est notum, ut Ciceronis Caesarisque testimoniis a Tursellino productis de partic. p. 708.—9. plura addere putidum videatur; nisi malis adire NEPOTEM Corn. in Hannib. c. 7. 5. *pari diligentia ac*, &c. ib. c. 5. 3. *pari ac dictatorem imperio.* Anne ergo quod *non adeo molestum* — *ac*, eamdem habet rationem ac si dicas: non parem esse molestiam? *Haec* autem & *utrumque* pertinere ad omnia praemissa, vel ad subauditum *negotia* vel *quid.* v. id. *Verbn.* Hellen. 156-57. facile reperiet benignus lector, nam relativi genus neutrum, praemissis femininis & masculinis adhiberi, nihil est novi. C. NEP. Att. 13. 3. *qui non utrumque horum facere posset.* Ubi vide praemissa feminina, ad quae *utrumque* non tam refertur, quam ad facta puerorum, quae tacite intelliguntur. TERENT. Hec. IV. I. 9. — *tune virum me aut hominem deputas adeo esse. Nam si* UTRUMVIS *horum* — *tibi visus forem.* Ecce duo masculina ibi excipit genus neutrum. Uti & duo feminina, prorsus ut ego, TULL. II. Acad. c. 18. ad fin. *ratione potius quam auctoritate ducantur. Quid si* UTROQUE? quae minime esse sollicitanda pluribus ostendit literatiss. WOPKENS in *Lectt. Tull.* p. 163. interque alios, qui hoc egerint, etiam indicat Cl. BURMANNUM ad Quinct. proem. p. 10. ubi videbis quibus auctoribus defendi queat lectio codicis Sich. *est aliquid consummata eloquentia*, *neque ad* ID *pervenire probibet*, pro *eam.* Sed addo alia: CIC. de amic. c. 27. *sive amor*, f. *amicitia*, UTRUMQUE *enim dictum est ab amando.* Ita

Ita & genus neutrum excipit duo subst. feminina apud SALLUST. Jug. 38. 8. *Nox atque praeda — hostes remorata sunt.* Ad quae verba Cort. auctoritatum indicavit abunde.

P. 321. In orat. p. 9. *Nuper eximie laudatis*, rogas quod tempus illud *nuper* designet?] Designat orationem paucis mensibus ante a collega Oosterdykio in funere Drakenborchii habitam, in qua pagg. 25. 26. & 39. Graevius, Burmannus, Dukerus, laudabantur eximie.

P. 322. ad verba mea orat. p. 10. *composita oratione*, ita cavillatur: „ *Comtam* voluit dicere. Nam „ quid sit *componere orationem*, notum est:„] Immo quid vulgo sit, notissimum. Sed pro artificiose composita, atque ornata probatis dici auctoribus, tu ignorabas. SALLUST. Cat. 51. §. 9. *qui sententias dixerunt*, COMPOSITE *atque magnifice casum reip. miserati sunt*, ibique Cort. alia similia. Idem Sall. Catil. c. 52. 13. *bene & COMPOSITE Caesar disseruit.* Jug. 85. 26. *abunde illis facundam & COMPOSITAM orationem fore.* Ib. §. 30. *Non sunt* COMPOSITA *verba mea.* Idque voluit & CIC. I. de or. c. 12. COMPOSITAM *orationem & ornatam & artificio quodam distinctam* conjungens. OVID. Her. XX. 27. COMPOSITIS *adstrinxit verbis.* i. e. conceptis, studiose formatis. Itaque contra, INCOMPOSITA *oratio* ap. QUINCTIL. IX. 4. p. 837. est inordinata. Sicque *incompositi mores*, *agmen* &c. in Lexicis obvia.

P. ead. *suavi voce resonare parietes* rides, qui grandi tantum voce resonare queant.] Lepide profecto! An etenim vox humana minor est quam cicadarum? quarum tamen voce *arbusta resonant* VIRGILIO, Ecl. 2. 12. *Ac dulci fistula personant*

nant valles & saxa, ap. HOR. I. o. 17. 10. Sed tu, o belle literator, procul dubio *sonum suavem* ac *dulcem* credebas significare submissum, & ita lenem, ut Belgae dicunt **zoetjes**/ i. e. ne quisquam audiat. At vocem dulcem etiam in virtutibus ejus commemorat QUINCTIL. XI. c. 3. p. 1006. Auditoria vero nostra non sunt adeo spatiosa, ut voce ibi stentorea opus sit; quin iis conveniat illud HORATII I. S. IV. 76. *Suave locus voci resonat conclusus.*

Ead. p. 322. nugatur, „ me fando quid au„ diisse de *Cujacii* ratione emendandi leges, in„ terposita, aut exclusa, particula *non*. „] Ego vero neque de Cujacio tum cogitavi, nec scio ubi id Cujacius de industria egerit; nec ipse calumniator sciet; Sed *Jaucbium* de negationibus pandect. Flor. recte vel male adjectis, dudum noram, qui c. 13. Cujacii quidem hac in re operam examinat; verum emendationes ejus non ex continuo quodam ejusdem opere, sed ex variis ac sparsis Cujacii observationibus collegit. Ergo de *Jaucbio* potius cogitavi, male vates. At parvi interest, uter horum mihi tum obversatus sit, an neuter: neque harum minutiarum hic meminissem, nisi tu cavillator eas proposuisses; nunc vero commemoro, ut mera tua insultandi libido manifestior fiat.

P. 323. Sententias & proverbia orationi inserta criminatur.] At vid. L. 2. de *oratore* c. 64. *Saepe etiam facete versus interponitur. Et in hoc genus conjiciuntur proverbia.*

P. ead. accusat mendacii, quod p. 11. a Cicerone definiri criticum dixerim.] Sed an ille IX. fam. 10. scribens: *Ego tanquam criticus antiquus judicaturus sum, utrum sint τῦ ποιηῖῦ, an παρεμβεβλημένοι*, non describit critici munus? anne Criticum

ticum facit poëmatum judicem? quando Ariſtarchum ibid inducit idem in Homeri verſibus factitantem? Nec ego ampliorem a Tullio definitionem dari dixeram; ſed tantum Criticos vocatos poëmatum judices, qui veros verſus a ſpuriis dijudicabant. Tu igitur, impoſtor, fallere quaeris lectores, qui orationem noſtram inſpicere nequeunt. Quando autem, te ipſo fatente, Diomedes ex Varrone emendationem & judiciumad officia Grammatici refert, eaque explicat; quis dixerit ideo falſa eſſe, etiamſi in Varronis reliquiis hodie non invenirentur? an ideo res ipſa minus vera eſt, & minus nota? Quis enim neſcit, a QUINCTIL. X. 1. §. 54. Ariſtophanem & Ariſtarchum *poëtarum judices* dici? Quare & tricae paginae ſequentis indignae, quibus reſpondeatur.

P. 325. culpae dat p. orationis 42. fabulam „ Hippiae Ciceronis verbis narratam, nec intel„ lectam, ſed adeo quoque neglectam, ut mani„ feſtos librarii errores non viderim; quis enim (ad„ dit calumniator) *viginti dicerentur ferat?* „] O impudentiſſimum acduplex mendacium? Neque enim τὸ *dicerentur* ego toties uſurpavi; ſed ſemel tantum. Neque in Ciceronis narratione ipſa, tam in edit. Gothofredi quam Gronovii, qua uſus ſum, pluries quam ſemel occurrit, eamque reperiet Lector L. III. de Orat. c. 32. (quod fraudulentus homo forſan non indicavit, ne Lector locum facile invenire & conferre queat; nam ab me in oratione indicari nihil tum opus erat.) Immo nec ita omnibus Ciceronis uſus ſum verbis, quin quaedam omitterem; Et quid ſi totam fabulam haud adeo longam ad verbum ex eo repetiſſem? quantum hoc eſſet crimen? aliquanto majus quam ejusdem TULLII, in or. pro Caelio c. 8. verba Craſſi, aut c. 16. verba Comici repetentis:aut Tragici, in Piſ. c. 29. At non deſunt etiam qui negent, verſus poëtarum

tarum in oratione proferendos. Sed hi videant ÆSCHIN. in Timarch. p. 188. ac de fals. or. 266. & 268. Contra Ctesiph. 290. DEMOSTH. de fals. leg. 232. Item de Halones. ad fin. In Neær. p. 531. Desinantque negare id umquam a veteribus factum. Licet idcirco abusum hodiernorum non probem, integras poëtarum paginas orationi inserentium. At si questus esset de verbo *inquit* saepissime repetito in L. II. *de Orat.* capp. 7, 8, 9. & seqq. alia res foret; Sed hoc nihil ad me: qui & meras cavillationes paginae 326. lubens transeo. De non inspecto Quinctiliano, (quem quoties tractaverim, & in hoc ambiguorum opusculo testem dederim, norunt alii) nihil hic dicturus, quia & eo loco eum testem non citaveram; nec de differentia agere volueram. Num vero Grammatici vett. non fuerint iidem qui Critici, videat ap. eumdem Fabium I. 4. p. 38. ubi & Burm. ad verba, *veteres Grammatici*, statim & recte infit: *Critici.*

Sed p. 327. sugillat *auctores* pro scriptoribus p. 15. mihi dictos.] Unde vero id constat? Dixi enim: *Criticen suum cuique auctori reddere.* An igitur poëta non est carminis auctor? Aliusne quis scriptor non item operis sui auctor esse solet? Sed quis demum dubitet, auctorem & scriptorem non semel promiscue usurpari? uti & indicaram p 72. hujus libelli. Ita QUINCTIL. X. c. 1. p. 895. SCRIPTORES *jamborum* vocat poëtas lyricos, quos L. I. c. 8. p. 94. AUCTORES dixerat. Imo *scriptores* & *auctores* eadem periodo permutat L. I. c. 4. p. 38 *nec poëtas legisse satis est. Excutiendum omne* SCRIPTORUM *genus, non propter historias modo, sed verba, quae frequenter jus ab* AUCTORIBUS *sumunt.* Aliis testimoniis idem

C du-

dudum contra Manutium demonſtrarunt *Goclen. Vorſt. Cellar. Sciop.* quos indicat GUNTHER. in Lat. reſtit. v. AUCTOR. p. 60. *Auctorem* itidem pro *ſcriptore* dici, recte adverſus Harduinum docet Drakenb. ad LIV. VIII. 30. 9. Differant autem alibi haec nomina, ubi diſtinctione eſt opus: Habeantur promiſcua, quando diſtinctione non opus eſt.

Ib. „ *Ad Literaturam collatos.* Latini dicunt „ *cum Literatura* „] Non nego, *conferre cum*, uſitate dici. Sed ne neget ille, *ad* comparationibus adcommodari ſolere. TERENT. Eun. II. 3. 69. *Nihil* AD *noſtram hanc;* quo loco *ad* inſervire comparationi, Interpretes aliis monuere exemplis. Eod. Eun. IV. 4. 14. *Ne comparandus hic quidem* AD *illum eſt.* Comparandi autem poteſtate quum adhibuerim *τὸ conferre*, etiam praepoſitionem adjeci comparantem. Quod ſi tamen non plane eſt ad normam veterum, veniam feſtinationi meae precor.

Feros autem *hominum cultus* ead p. 15. ab me dictos quid exprobras? Horatii verba ſunt, I. O. 10. 2. *Qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti* ---- Ceteras ejusd. pag. & ſeq. cavillationes de Germanis, Perſis, Carteſio, &c. quum lector te humanior facile videat, maledico ex animo tuo profectas eſſe, attingere, non erit operae pretium, nec *forum practicum* a te accuſatum defendere.

Malignitas eadem facit, ut p. 328. f. repetas exprobrationem ſoni: *contemtores --- errores --- mores;* quam p. 318. jam protuleras. Sed vide quot exemplis haec ibi tutatus ſim; Et ſi repetita adeo placent, abi ocius, ac relege.

Quis vero riſum teneat p. 329. legens: „ Grammaticos vett. a me ignorari, Quinctilianum num-

„ quam

„ quam inspectum? „ quos quoties testes citare, quantoque opere Quinctilianum commendare quotidie fere soleam, nostri norunt omnes. Mitte igitur exploratores ad collegia, sed magis fidos, qui te, quid apud nos agatur, certius doceant; Ipse enim caussae tuae sic plurimum noces, meamque adjuvas, tam incredibilia adfirmando, quibus nemo sanus fidem habere potest.

P. 329 f. *in promtu sunt Auctoritates* Cic. ac Livii, ubi? Quis dubitet pulchre dictum ac terse?] Quid sibi velit homo tenebras amans, nemo, nisi inspecta oratione, conjiciet; in cujus p. 24. monueram, frustra in CIC. Catilin. altera (c. est XI.) verbum *suppeditamus* mutari in *superamus*; quando & *suppeditare saepe* inveniatur, pro *abundare*, sive suppetit nobis, copia est. Verba Tullii erant: *Si, omissis his rebus omnibus, quibus nos* SUPPEDITAMUS, *eget ille.* Testimoniis similibus orationem onerare nolui; Sed en illa: CIC. I. ad Att. Ep. 14. paullo ante med. *si umquam mibi κατασκευαὶ* SUPPEDITAVERUNT. ubi & Corrad. ex L. III. de Or. SUPPEDITAT *omnis adparatus.* Adde VII. ad fam. 18. *An hoc significas? ---- ne chartam quidem tibi* SUPPEDITARE? LIV. I. 55. 7. *Manubiae vix in fundamenta* SUPPEDITAVERE. Idem VIII. 13. 16. *materia crescendi per summam gloriam* SUPPEDITAT; ad quem §. tria alia similia Cl. Drakenb. Rursus Liv. XXII. 39. 14. *Nec his paucis jam victus* SUPPEDITAT? i. e. cibi copia non est. Plura collegit *Duk.* ad Liv. XXXV. 44. fin. At non fugerunt haec, dices, clarissimum Heumannum; sed insolens forsan visa illa prima persona *suppeditamus.* Nam licet *res suppeditat*, pro sufficit, usitate dicatur, nondum inde conficitur, etiam *ego suppedito re*, dici, pro suppe-

 tit

tit mihi res. At non ita visum Cl. Graevio, qui ad V. Verr. c. 38. aliis exemplis etiam immiscuit eadem ex Catil. 2. *rebus -- quibus nos suppeditamus*, non animadversa (quod fateor) constructionis hypallage. Verum quando & *vita suppeditat*, & *animus* ex Cic. ac Tac. ib. profertur, parum abest, quin & prius simili analogia inde probetur. Immo sic & PLAUT. Asin. II. 4. 17. ---- *itaque jam Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare*, quod Lamb. recte explicat, ἐπαρκεῖν, *par esse*. Quumque *res suppetit mibi*, usitatius dicatur, ac tamen de persona quoque, *ego suppeto*, ap. HOR. Epod. XVII. 64. *novis ut suppetas laboribus*, i. e. par sis, sufficias, nondum video cur Ciceronis *suppeditamus* sit mutandum. Si vero & illud *in promtu* suspectum est nugatori, audiat vel pueris notissimum NASONIS dictum. Rem. Am. 161. *Quaeritis, Aegisthus quare sit factus adulter?* IN PROMTU *caussa est: desidiosus erat.* CIC. II. d. Off. c. 19. *Jam illud non sunt admonendi;* EST ENIM IN PROMTU.

P. 330. horrendum in modum debacchatur larvatus iste Furiisque agitatus Momus, propter non intellectum, scilicet, Virgilii versum 74. L. IX. *Atque omnis facibus pubes accingitur atris*, quem Servius ita explicet, ut *facibus* dativus sit, pro *ad faces*, qualis & adpareat in *accingere se operi*, *pugnae*.] Sed ô impostor! fraus tua ac malitia hic rursus deprehendetur. Frustra nobis obcantas dativos, qui forsan hos ante noveramus, quam tu esses natus. Quis enim puerorum nesciat, accingi, vel accingere se operi, significare *praeparare?* Ego vero *facibus* pro ablativo habui, & adhuc habeo, ex ipso Servio, cujus tu mutilatam tantum profers notam, ut lectori fucum facias; vel prae furore partem ejus alteram non vidisti. En igitur totam, qua-

qualis legitur, tam in Edit. Cl. Burmannni, quam Emmenessii, ac Masvicii: „ *Facibus pubes accingitur atris.* Pro ad faces accingitur, ut sit dativus, ut (II. 235.) *Accingunt omnes operi:* „ Aut accingitur, armatur, instruitur facibus. „ Vides igitur & ablativum adgnosci a Servio: Et ad haec posteriora respexi, generaliter tantum indicare volens, non mutanda esse talia, etsi durius dicta videantur. Operose enim disquirere, utra caussa sit potior, dativi an ablativi, ibi nolui, nec par erat: Et quid si ab interpretatione Servii recessissem? Idne piaculum foret? Quam enim saepe ille fluctuet, duas, tres, quatuorve ac plures diversas proponens sententias, non opus erit exemplis demonstrare. Videatur modo, ut fluctuet in exponendo vers. 245. Aen. IV. *Illa fretus* AGIT *ventos.* ---- „ An ducit atque moderatur? ait, an excludit ac pellit? An sequitur? An ante se agit? ---- An *agit*, in actu est? „ Nec quoties viri docti ab eo discedant, repetam, quod & nuper admodum Cl. fecit Heumannus, in Ἐπιμέτρῳ observationum ad Min. Fel. inserto Miscell. nov. Lipf. hujus anni 1752. p. 479. ubi agens de VIRG. loco, VI. 229. ---- *Socios pura circumtulit unda*, Servium notat, qui ad vulgatam lect. verbi *circumtulit* defendendam, male addidit *Plaut.* Amph. II. 2. 144. quum illic non homo, sed patera circumferatur; ideoque *circumluit*, quod & *Heinf.* ex Macrobio monuerat, legendum contendit. Taceo quae *Dukerus* indicavit in specimine notarum ad Serv. praemisso Virgilii Tomo I. Anne aeque erravit Val. Prob. p. 1467. Ed. Putsch. in illo Maronis Æn. VIII. 409. *Femina - Cui tolerare colo vitam Impositum* --- ridicule *colo* pro dativo accipiens? At si tu, inique judex, adeo inhæres interpretatio-

 ni

ni Servianae, quare p. seq. 332. f. *quisque suos patimur Manes*, cum vulgo usurpas, pro, vitiis obnoxii sumus? quando ad vs. 743. L. VI. Maronis Grammaticus ille docet, *Manium* nomine supplicia intelligenda, quod & alii confirmant interpretes, licet quae de geniis ibid. habet, non probent.

Iterum veterator anonymus ibid. & alteram Servii notam ad vs. 570. VI. indicans, eandem committit fraudem; nunc posteriorem tantum partem proferendo, in qua Serv. non *flagello accincta* jungat; sed flagello quatit. At praemiserat ibi Serv. etiam alteram constructionem; nec tamen ita adversatur priori posterior; quin flagello ad utrumque pertineat verbum, uti L. II. 610. *Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit: tridenti* tam ad *quatit* spectat, quam ad *emota*. Quumque & ibid. sequatur de Junone, *Ferro accincta vocat*, alibique instrumenta quibus cinguntur sive armantur Dii hominesve, ablativo efferat casu, quid prohibet & illic ita cepisse? Sic & translate SENEC Med. vs. 51. *Accingere irâ* Quid vero ap. TACIT. An. XII. 44. est: *studio popularium accinctum.* Ablativus, an dativus?

P. 333. Sic Anonymus ingreditur: ,, P. 33. *Ti-* ,, *tulis puerorum*, *ineptorum*, *fungorum*. Id est, ,, pueros, ineptos, fungos. Belgae ita loquun- ,, tur, non Latini. Sy geven hen de naam ,, van jongens / van Gecken,,] Sed patriae suae linguae magis ignarus sit, an Latinae, qui ita loquitur ac ratiocinatur, Lector dijudicet. Pro hen enim saltem dandi casu dixisset hun / ac pro nominativo de naam / accusativum hic necessarium, den / adhibuisset, qui de Belgico idiomate judicium vult ferre. At non patiebatur hoc dialectus

Am-

Amstelodamensis, quam hic prodit, quamque illud **den** prae ceteris Belgii civitatibus respuere solere, novimus. Voluitque forsan simul ostendere auctor, ex illorum se esse Literatorum numero, qui dedecori sibi ducunt, aut infra dignitatem arbitrantur, linguam patriam recte noscere. At Belgicismum ego admisi, *titulum* ponens pro *nomine*. Age factum esse per jocum. Quidni liceret oxymoro aut ironia uti? Quando *Menkenius* pater *Charletaneriae* vocabulo jocisque compluribus utitur in oratione jocosa, tum licet, & adclamatur σοφῶς, καλῶς; at quando *Reitzius*, κακῶς, μωρῶς. Sed serio: *Titulus* est inscriptio statuae, qua novum honoris vocabulum inditur merenti, ut HORAT. III. O. 24. 27. *Si quaeret pater urbium subscribi statuis*: Idque *tituli* nomine insignit idem IV. O. 14. 4. & II. Serm. 3. 212. *Titulique honorum* dicuntur rectissime. Hinc CIC. ludens in Pis. c. 9. *sustinere* TITULUM *consulatus* ait; *tamquam truncum ac stipitem.* TAC. Vit. Agr. c. 5. TITULUM *tribunatus & inscitiam retulit.* Atque ita quoque pro *glorioso nomine* metaphorice accipi, imo & solum nomen inscriptum, esse titulum, aliis exemplis firmat Cl. Burm ad PHAED. Prol. L. V. vs 4. ubi *tituli artifex* ita explicatur: Phaedrum cupiisse ut primus apud Romanos fabularum scriptor legi, & hoc *titulo* insigniri possit. Quum vero & in orat. mea adjecissem *honorificis titulis*, tanto etiam minus ab antiquitatis analogia recessi. At quia *titulus damnatorum* quoque dicitur, pro inscriptione, metuis forsan, ne stes aliquando insignitus titulo: KALUMNIATOR, ideoque nomen diligenter celas tuum.

Venio nunc ad gravissimum crimen, quod p. eadem mihi intentat, sannis excipiens mordacissimis

quae de SUETONII *arundinibus* non mutandis in *hirudines* dixeram p. orationis 34. Verba autem *Tranquilli* Aug. c. 80. haec sunt: *Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, ut saepe etiam inde claudicaret: Sed remedio harenarum atque* ARUNDINUM *confirmabatur*. De his ego: „ ibi „ nonnemo conjecit HIRUDINUM legendum; „ quasi ad emota sedibus suis ossa restituenda sanguisugae valerent. „ Jam vero novitius Criticomedicus etiam imperitiae medicae hoc indicium esse clamat; dum ipse summam suam in utraque arte ignorantiam prodit. Negat igitur primo, Suetonium loqui de osse sedibus suis emoto, deinde, si vel emota fuerint ossa, *arenas* non magis prodesse quam *hirudines*, adeoque arenarum vocem, ea conditione, esse intolerabilem. Sed, ante quam Lector aequus judicium ferat, prius inspiciat, quaeso, praemissa huic emendationi a me rejectae Criticorum verba, quae tam in Suetonii Edit. Burmanniana, quam Pitisci, ac Graevii (p. 248. b.) reperiuntur, luxatum hic os femoris fuisse narrantia, quae ego satis nota supponens tum non addidi, nunc repetere necesse habeo. Ita enim leguntur. „ Satius igitur fuerit de radice harundinis, quam luxatis & spinae doloribus ob vim extractoriam mederi, si trita cum aceto illinatur, tradidere Diosc. I. c. 115. et Plin. XXIV. c. 11. intelligere. Cum enim destillationes anniversarias & certo tempore recurrentes valetudines expertus sit Augustus, Plinio, Suetonio, Dione, Solino testibus; ob crebriores autem catarrhi ad coxam decubitus & dolorum ὑποτροπιασμὸς articulos adeo debilitari, ut luxetur & excidat os femoris, mucoribus supervenientibus, Hipp. 6. aph. 59. constet, medicinam ex arun-

„ di-

„ dine trita adplicare — non inconveniebat. „ Ad haec ego respexeram, rogans quid hirudines ad emota sive luxata ossa faciant? Nec adeo meam feceram hanc interpretum sententiam; sed qua ratione haec simul stare queant, quive cohaereant, me videre negavi. Nam si luxatum fuerit os, retineri potius vulgatam volui lectionem *arundinum*, & adhuc volo; modo arundines tum accipiamus pro assulis s. scandulis, quibus debilitata luxataque membra cingunt chirurgi, ut optime ex Reinesii var. Lect. alii, nuperque compluribus adeo manifesto probavit Cl. *Trillerus*, in separata super hoc *Suet.* loco Dissertatiuncula, Amstelodami publicata, ut nullum relinquatur dubium. Jamque mihi perinde est, utrum quis opinionem luxationis etiam mihi adscribat, an minus: haud enim esse absurdam, ex Medicorum doctrina adparet. Luxationum namque gradus sunt, nec semper totum caput ossis ex acetabulo suo excidit, quae alioqui dicitur *luxatio perfecta*, *ἐξάρθρωμα*, sed vel *disjunctio est*, (quae tamen & luxatio vocatur) vel quum ossa aliquantum dissociantur, (elongantur, ajunt Medici) propter laxitatem, mollitiem, ac distensionem ligamentorum, ob quam fit, ut caput ossis aliquantulum promoveatur a sinu, nec tamen excidat, sed facile possit excidere, uti post Avicennam docet medicus ac Chirurgus celebratissimus *Fabr. ab Aquapendente*, L. I. c. 5. de tribus luxationum generibus agens, moxque de caussis earum haec subjungit: „ Primum genus luxationis fit „ tantum a causis internis, i. e. ab humoribus re„ mollientibus & laxantibus ligamenta. Reliqua „ duo genera, nimirum hiatus & vera luxatio, „ fiunt tum a causa interna, scil. ab humoribus ad „ articulos fluentibus, qui cavitatem sensim im-

 „ plent,

„ plent, & caput offis a fede fua deturbant: tum „ ab *externa*, quae violentia quadam os loco mo- „ vet.„ &c. Idem adgnovit & *Scultetus* in armament. Chirurg. p. m. 80 „ Articulus recidit „ tribus de caufis. 1. quando poft violentam luxa- „ tionem male reponitur articulus. 2. quando tu- „ mor aliquis — prohibet, ne articulus in fua fe- „ de poffit contineri. 3. cum humor ad articulum „ fluit, qui ligamenta laxat.„ Immo Cel. *Laur. Heifter* in Chirurgia p. m. 193. luxationes offis femoris fere femper ab antecedentibus fluxionibus, multisque pituitoforum humorum in ejus articulatione collectionibus ortas teftatur, quibus ligamenta ejus relaxata fuerint, donec tandem & offis caput ex acetabulo fuo expellatur. Nec diffentit Cl. *J. Zach. Platnerus* Medic. Profeff. Lipf. Inftit. Chirurg. rational. §. 1194. feq. Teftatur idem Gallicus Chirurg. *G. Mauqueft de La Motte*, T. IV. c. 30. p. 331. Confirmat idem Nofocomii militaris Magifter *Belloftius*, in libro infcripto, *Le Chirurgien d'Hopital*, T. 1. c. 14. pr. docens, militibus humi cubare folitis familiare effe repleri humoribus, qui plerumque confluentes ad articulos debilitatos, ligamenta eorum emolliendo & relaxando occafionem praebent partium diflocationi. Ne plures citem teftes, unum addo *M. Le Clerc.* qui in *chirurgie complete* T. 2. c. 9. cauffis luxationis prolatis iisdem, addit: „ *hae luxationum fpe-* „ *cies* familiares funt iis qui podagra, fciatica, rheu- „ matismo, catarrhis, paralyfi aut fcorbuto de- „ gunt obnoxii; Item iis, qui locis humidis ac „ paluftribus recumbere confuerunt. Interdum os „ non plane e cavitate fua egreditur, idque voca- „ tur *luxatio imperfecta*„ &c. Quum igitur ad humorum abundantium diffipationem faciant fomen-

ta

ta calida; haud *ἀσύςατον* erit, si *arenas* calidas loco adfecto chirurgos veteres adplicasse narret Suetonius. Quod si quis tamen Cl. Trilleri *habenas* i. e. fascias nunc praeferat, ei controversiam non moverim.

P. 334. *S. S. leges* mihi scriptum p. Orationis 35. criminatur his verbis ineptissimis: „ Credo „ significari sacrosanctas leges. Notam hanc a „ Theologis accepit, ignoratam antiquis scripto- „ ribus, &c.] Cur vero a Theologis acceperim? quum de ICtorum legibus & querelis ibi agam. Et quid si a Theologis desumtum foret? An etiam in literarum compendiis ubique receptis crimen versatur? Ergo peccarunt omnes decessores nostri A. A. pro: *auditores*, vel A. A. O. O. pro: *auditores omnium ordinum*: aut L. B. pro; *Lector benevole*, scribendo, & similia. Nam periculum est scilicet, ne A. A. more veterum, credatur significare *Augustam*. L. B. *Lucium Balbum*. Sed antiquitatis ignorantia, quam & hic vehementer adeo incusabas, in te redundet; Non enim ex usu adeo novo illa S. S. desumta erant; sed *sanctissimas* leges exprimere his literis volui, secundum *Valer. Prob.* de notis Rom. p. edition. Gothofr. 1474. At si quis ita cavillari de singularibus literis amet, etiam *Sancti Silvani iis* significari, dicere potuisset.

P. 335. „ p. 37. *Num quidem.* Quis Belga „ magis Belgice of het wel? At vero quis Lati- „ norum magis barbare? „] Quomodo ergo dicendum. venerande Domine paedagogorum paedagoge? Verba mea fuerant: *si dubitavero*; *num quidem accidat ut*. Tu vero non addis, quid in iis reprehendas: Utrum particulam *num* post verbum dubitandi positam, quum soleat esse interrogantis?

An

An illud *qnidem*, non ſequente *ſed* vel *tamen*. At *num* particulis etiam dubitantibus dudum adnumerarunt Grammatici, Voſſius, ac Chariſ. L. 2. p. 202. & 387. Ed. Putſch. &c. Nec ſemper ante, ſed & poſtponitur. CIC. in Vatin. c. 6. *quaero — num quando*, &c. HOR. I. S. 3. 35. & 4. 77. SUET. Aug. 18. & Veſp. 23. *ſciſcitans num odore offenderetur*. *Quidem* vero ſaepiſſime nude poni, nulla ſequente adverſativa, tot exemplis conſtat, ut fere pudeat ea producere. Egit hoc Cl. *Periz*. adverſus Sanct. id fruſtra negantem, p. m. 515. Addo *Drak*. ad Liv. VIII. 12. 8. Et SALL. Jug. 9. pr. TER. Ad. V. 7. pr. Ac ſi neque illa placent, vid. PRISCIAN. L. XVI. p. m. 1032. docentem, interdum magis ornatus, quam neceſſitatis cauſſa, *vero*, *autem* & *quidem* interponi orationi.

Ibid. ,, p. 39: *Nec ego ſane poëſin odi*. Qui oderit ,, Poëſin, quam non intelligit? Non autem intel- ,, ligit, quia in notiſſimas proſodiae regulas pec- ,, cat. ,,] Primo attende quam ſcite argumentetur homo, ac ſi quis non poſſet odiſſe artes quarum expers eſt; quum vulgo contra recte praedicetur: *Ars non babet oſorem, niſi ignorantem*. Dein, anne Belgico more dicat: *intelligit poëſin*, pro, poëta eſt, ut ſequentia indicant, ipſum voluiſſe; & ut Belgae ac Germani dicunt: **Hy verſtaat de Dicht-of ſchilder-kunſt.** Novi quid Cl. *Burm.* commentatus ſit ad PETRON. Sat. 52. *intelligentem artis* eſſe, qui artificium operum cognoſcat, i. e. qui de arte judicare queat. An vero ſic acceperit calumniator noſter, lectoris eſto intelligentis, judicare. De ipſa autem poëſi noſtra reſpondebitur ad finem; quando ibi eam gravius exagitat.

Ib. ,, *curioſis quam neceſſariis*. Galli, Germa-

,, ni,

„ ni, Belgae, curiosum hoc significatu dicunt, ab-„ horrent Latini. „] Et quare abhorrent? an quia homo tantum curiosus est, non res? Sed & homo proprie dicitur *jocosus*, *laboriosus*, *officiosus*, *sollicitus*, *tristis*, *laetus*, *dubius*; ac tamen haec omnia de rebus quoque. Ac ne quis credat solum adjectiv. *curiosus* exceptum, videat PETRON. c.92. sub init. ubi, *curiosum principium*. Cic. pro dom. c. 12. f. *quid tam curiosum, quam ea scire velle?* Ac si hoc non adridet, vid. PLIN. XIII. 12. *tenuatamque* CURIOSA *interpolatione*. CAEL. AUR. de morb. acut. I. c. 15. p. 49. CURIOSUM *genus pulmenti*.

P. 338. ex p. nostra 46. *omnibus & singulis* traducit cavillator, tamquam e diplomate medii aevi desumtum.] Sed ne operae quidem est hoc refellere, & tempus postulat finem facere, alioqui testes darem.

Videamus potius iniquissimam hominis maligni censuram, qui ead. p. 338. barbariei accusat *amicitiae nodum*, pag. or. 50. dictum, additque, vinculum hic dicendum, quia *nodus* veteribus sit *impedimentum*.] Eja Lectores! hunccine ego asinum in pelle leonis metuam? qui nescit quid *nodus* sit, & nodum tamen in scirpo quaerit, pulcreque nodos omnes solvere posse vult videri: qui ex figurata locutione *nodi* pro re difficili aut impedimento, colligit, proprie non adhiberi, nec pro vinculo amicitiae dici. At ipse amicitiae scriptor CIC. c. 14. *amabilissimum* NODUM *amicitiae*, non solum dixit; sed & alii probati auctores, pro vinculo, nexu & conjunctione. HOR. III. O. 21. f. de amico Gratiarum amicitiae vinculo: *Segnesque* NODUM *solvere Gratiae*. Ac LUCRET. II. 959. *vitales animae* NODOS vocat artam animae cum corpore conjunctionem. Nodumque pro apto naturae nexu dixit

dixit idem aliquoties de orbibus coelestibus. Nec adeo absurde, ut Cl. *Gron.* existimat, in *Cic.* partit. §. 72. f. c. 21. *Lambinus* pro, *apto quodam quasi verborum* MODO, legit NODO, quod & Gifan. ad Lucret. conjecerat; nam de ordine & constructione verborum sermo ibi est Ciceroni. Ibid. iterum ridet vocabulum *bulimiae*, quod jam supra fecerat p. 318.] Sed an veteres etiam proscribet, quod morbis tantum non omnibus Graeca vocabula imposuerint? Eradi igitur etiam ex Cic. epist. aliisque scriptt. curet *dysenteriam*, *dysuriam*, *apoplexiam*, *tenesmum* & similia. Sed & eod. loco superiore, *in succum vitalem convertere*, damnarat. Atqui inspexit praemissa de concoctione, facile cognoscet, metaphoram sic fuisse continuandam. Nec abhorrent ab hac locutione veteres. *Sanguinem* enim & nervos elocutioni Archilochi tribuit QUINCT. X. c. I. §. 60. f. p. 895. *Succum* & sanguinem orationi Cicero, quod Lexica norunt. *Succus vitalis* est ap. LACT. de opif. D. c. XI. §. 2. prorsus ut hic, post concoctionem positus. Quin & *alere* dicuntur Lyrici, QUINCT. I. p. 94. Ergo prius in sanguinem vertendi.

P. 338. Frendet homo ἄμυσος ob laudatam etiam a me p. 51. Musicam, nesciens forsan, aut dissimulans caussam; quum enim, praeter solitum, inauguralis nostrae qualiscumque orationis celebritatem pleniore concentu honorarent non Musici solum ordinarii; sed & Collegium virorum spectatissimorum publicum, quos plectra movere tum non puduit; quaenam est invidia, si gratias pro honore mihi exhibito quoque egi extra ordinem? Et quid haec faciunt ad Latinitatem, quam impugnatum veniebat? Nihil; nisi ut invidum & hic animum prodat omnibus, musicam quoque innoxiam criminando.

nando. At si tamquam alter Maresius, nec Musicae sonum ferre potest, aut cum Phaedri avaro tibiarum illum macerat jucunditas, per me licet, aures etiam sibi obturet, dum hymni cantantur, aut (ut canis Grammaticus) interea ululet baubeturve, ut solent canes inter concentus musicos; modo caveat, ne ab templi custode foras proturbetur.

Ad cavillationes ceteras & logomachias quaesitas respondere nolui, ne Lectori molestus essem; sufficit enim plurima & gravissima refutasse, ex quibus adparebit satis, quantum latrator mereatur fidei, & quam aptus justusque sit judex. Ideoque nihil etiam regessi ad vaticinium ejus p. 337. quo me *certe casurum*, *si quid suo credatur judicio*, praedicit; quum eventus adhuc contrarium docuerit, plurimis eruditorum inhonestum tecti adversarii morem, & obtrectandi libidinem magis indignantibus quam probantibus.

Tacitusque praetermisi absurdam ac fraudulentam p. 332. insimulationem, ita propositam, ut lector crediturus sit, me Petronium pag. orationis 28. Christianis adnumerasse scriptoribus, quem ne nominavi quidem, sed locutionem, *captivum tenet spiritum*, e Christianis me petiisse scriptoribus dixi. Ad quae iste sic: „ ibid. [*Ex Christianis scriptoribus* „ *Petronius arbiter*. Cujus est cap. 118. *liber* „ *praecipitandus est spiritus per fabularum sententia-* „ *rum tormentum*.] O bella emendatio! *fabularum sententiarum*, pro, *fabulosum sententiarum tormentum*.

Ad convicia vero perpetua, *stuporis*, *ignorantiae*, *pedantis*, & similia, quae Menkenio ita adrisere, ut ea sola in indicem retulerit; sed quae malae ac desperatae caussae solent esse indicia: item ad mendacia in legentium oculos incurrentia, nihil repono amplius, quam, illorum me mirari inhu-

humanitatem, qui literarum humaniorum titulo ſuperbientes, nihil minus quam humanos ſe oſtendunt; ſed omni conatu id agunt, ut ſententiae receptae, *quo quis doctior, eo humanior*, veritatem evertant. Et quorſum oratio longior adverſus ridiculas exprobrationes, me veteres odiſſe, nullum eorum legiſſe, omnia ex Laurenbergio habere? quum diligenter perlectorum claſſicorum auctorum ſpecimen dudum vel in hoc libello dederim; quamque ſedulo A. BLAKWALLII de praeſtantia Claſſicorum auctorum commentationem, ab AYRERO latinitate donatam, juvenibus commendare ſoleam, omne noſtrum novit auditorium. At hoc homini invido dolet, quod non ubique utilitatem ſtudii linguarum priſcarum jactando ſtudioſorum adoleſcentum favorem emendicare neceſſe habeam, quo major auditorum ad me confluat numerus, ſed ultro accedentibus perſuadeam, non quaſi tumultuariam literis, antiquitatibus & eloquentiae operam navandam; ita tamen, ne rerum momenta idcirco venationi vocum ac ſyllabarum poſtponenda exiſtiment. Quod ſi tibi perſuaderi non poteſt, diſce ſaltem tolerare diſſentientes, & cave ne atra, qua abunbas, bilis, in novum & inſanabilem te conjiciat furorem. Ita ſanam tibi in corpore ſano mentem precor.

Quod autem, poëtarum Coryphaee, Bavios, Maevios, Marſyas ubique crepans in poëſin noſtram tandem debaccharis paginis tribus extremis, id humanitati tuae jam notae facile condono, qui pro alti ſpiritus poëta me numquam venditavi, neque, quod falſo adfirmas, toties pueris gratiarum actiones pro praemiis compoſui. Ipſis enim claſſis meae diſcipulis eas plerumque componendas permiſi, ac non ſemel publice ſum profeſſus, dedita opera non nimis

mis sollicite eorum carmina a me correcta, ut juvenilis compositionis vestigia remanerent. Judicet Lector de carmine in funere Drakenburchii tolerando, an tecum exsibilando, pro lubitu; nec tamen fidem habeat malevolo, etiam p. 335. sine teste adfirmanti, me ita poëseos esse rudem, ut notissimas prosodiae regulas ignorem, inque eas peccare soleam. Si forte olim amicis exteris carmine sum gratulatus, inque eo dum a praelo aberam, ob negatam corrigendi facultatem aliquid vitii remanserit; an idcirco nihil in poësi intelligo, & majore sum ludibrio dignus, quam celebrioris nominis poëtae? qui etiam praesentes ab uno alterove itidem errore in prosodiam admisso non cavent; & quorum tamen nomina non prodo, nemini insultare solitus, nec nisi provocatus & lacessitus talia exprobrare, memor Horatiani illius: *Plurima quando nitent* &c. At neque umquam poësin meam obtrusi cuiquam; Sed quum dedicatio metrica Ambiguis his praemissa non displicuisset nostris Maecenatibus, nec professoribus, hortante Drakenborchio, carmen etiam Saeculare in Academiae natalem composui; quum neque illud improbatum esset, gratulari etiam ausa est Musa nostra Serenissimo Principi adventanti, adplaudentibus, non fratribus, ut criminaris; sed aliis artis non rudibus. Hinc & accinui Wesselingio nostro natum principem hereditarium oratione celebranti; nec tamen quisquam amicorum aut inimicorum prosodica in iis mihi commonstravit aut exprobravit vitia. Et licet abhinc quadriennium pangendis carminibus manum non admoverim, facile tamen mihi foret, antistrophen occinere adversario, lessoque prosequi insignia viri meriita, epitaphium Dra-

kenborchianum in me retorquenti; modo placuisset ipsi nomen prodere, ut Lector cognoscere queat, cujus reliquiae sub tumulo isto jaceant sepultae.

C. C. REI:

C. C. REITZIUS

L. S.

IN Actis Miscellaneis Lipsiensibus Novis, Voluminis Octavi parte secunda, Lipsiæ apud B. Lanckisii Hæredes 1751. p. 333. leguntur sequentia:

A vitio vero Superbiæ, quem Pedantismum nominamus, longe absunt Reitzii omnes. Longissime vero ille, qui in Oratione pulcherrima Grammaticorum fastus contudit. Quo quidem hominum genere ille Gorinchemensis Scholæ Rector tanto superior, quantum Amplissimo Ordini in magna & splendida Civitate (: Senatum Gorinchemensem dico:) propior. Consules enim & Senatores amicos suos nominat. At quanto nunc excellentior, nactus novissime Professorium nomen, quamquam detracto jure collegia, ut vocant, habendi? Nactus autem hunc honorem, quod in Oratione inaugurali, qua Harderovicenæ scholæ Curatoribus ob Rectoratum gratias egit, festivo carmine novercæ mariti exequias celebravit, & scite Prorectorem suum depexuit, probrisque pulcherrime oneravit.

Vides hic, B. Lector, quinque crimina, quorum C. C. Reitzius reus arguitur: Si primum, quo *pedantis* insignitur titulo, redarguere adgrederetur, is re vera esset, qui audire subterfugeret. Hoc igitur maledictum ore scurræ jactatum etiam adsurgens in comœdia excipere possit.

Alterum fertur *quod Civitatis Gorinchemensis* (: quam magnam & ſplendidam, quæ re vera eſt, vocat, non quia timet, ne ſine hoc elogio ignotum aliquis oppidulum eſſe arbitretur, ſed quo acriore atque ardentiore confidentiſſimus ille Reitzius, qui Menkenii fraudes auſus eſt detegere, flagret invidia:) *Conſules & Senatores amicos ſuos nominet.* Nunquam hoc a me dictum, ſcriptumve eſt: quum vero nuper Gorinchemii mihi liceret antiqua Procerum ampliſſimorum gaudere humanitate, atque etiam de hac Menkenii, ſeu alius cujusdam Hollandi, vel in his regionibus morantis nebulonis criminatione, coram iis ſermo incideret, uno omnes adſenſi ſunt ore, ſpurcum hoc eſſe mendacium; ſe tamen, quo melius verbis conſutetur calumniator, non modo concedere mihi, ſed etiam cupere, ut quovis modo divulgem, Nobiliſſimos atque Ampliſſimos Civitatis Gorinchemenſis Conſules & Senatores profiteri, ſe non tantum C. C. Reitzio ſed etiam C. C. Reitzii amicos eſſe, paratosque, quocumque illud tempore publico confirmare teſtimonio. Si vero B. Lector aves fontem conſpicere, unde hoc ſibi hauſit commentum: en tibi ipſum: Sub finem illius Orationis per προσωποποιΐαν me converti ad Goeſanos, his uſus verbis: *Nihil mihi magis in votis eſſet, quam ut & vos, Viri Graviſſimi, Civitatis Goeſanæ Magiſtratus Humaniſſimi, coram bic adloqui daretur; tunc ſane re ipſa experiremini, vos bucusque hominem ingratum baud excepiſſe hoſpitio; publice enim teſtatum facerem, vos per undecim admodum annos, quos apud vos diverti, mecum* UT CUM AMI-

AMICO, NON UT CUM SUBDITO, *vixisse*, *& tot interea beneficiis cumulasse*, *ac si re vera vir essem ab omni parte commendabilis.* Quid? an ibi non fassus sum, me *non amicum, sed subditum fuisse*, i. e. me non nominare illos meos amicos (:id quod Sycophanta urguet:) sed efferre eorum humanitatem, qua me, quamvis subditum, tractaverunt tam benigne, ac si amicus essem. Paullo tamen post legitur *Mæcenates amicissimi*, Verum qui hoc minus mihi liceat dicere, quam Horatio, *dilecte Mæcenas?* immo illud *Mæcenates amicissimi* Sycophanta non intellexit, vel noluit intelligere; quid enim aliud notat, quam O Mæcenates qui mihi tam amici seu benevoli fuistis?

Tertium, quo me petit, opprobrium est: *quod nunc tanto mihi videar excellentior*, *quia novissime sim nactus Professorium nomen*, *quamquam detracto jure collegia*, *ut vocant*, *habendi.* Quatuor sunt anni, a quo tempore Professorium nomen adeptus sum, & nunquam mihi interdictum fuit quocumque possem modo commodis Juvenum æque Academiam ac Gymnasium frequentantium inservire, seu, id quod calumniator negat, collegia habere, ita ut non tantum duplum nomen sed etiam duplum onus sustineam. *Nactus autem hunc dicor honorem*, *quod in Oratione inaugurali*, *qua Harderovicenæ scholæ Curatoribus ob Rectoratum gratias egi*, *festivo carmine novercæ mariti exequias celebraverim.*

Omni procul dubio Censor meus consiliis Præpotentium Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ Curatorum interfuit, qui tam pro-

be novit, qua de caussa me Professorem extraordinarium creaverint; Sodalem vero suum Phormionem etiam superans impudentia, genere mihi proximam esse non tantum alienam fingit, sed & eam, quam nulla unquam vidit ætas: adseverat enim *me*, (a cui nulla unquam fuit noverca:) *novercæ mariti exequias celebrasse.* Ego vero, L. B. in Elegia de itinere Zeelandico, quam calumniator tangit, de genero, seu privignæ marito tum recens defuncto mentionem feci; verum nescivisse videtur differentiam inter adpellationem *privignae* & *novercae;* sed & ita mentitur, effutiens, me Professorem creatum, quia istius viri, qui Goesae privatus, & hic loci plane ignotus vivebat, exsequias celebraverim.

Ad quintam calumniam, qua me Prorectorem scite depexuisse, probrisque pulcherrime onerasse arguit, hoc sibi habeat responsum, me Collegas his adlocutum esse versibus:

Bis quater implevit Phœbe jam cornua, postquam
Vestra fere cuncto cernimus ora die:
Non igitur longo vos hic sermone morari,
Nec de Gymnasio multa referre lubet:
Quandoquidem melius vobis ea cognita scimus,
Quam valeant tenues enumerare modi:
Si cui forte tamen videatur mira voluptas,
Spargere perque scholas dedecus illud amet,
Ex omni nostro quod nondum parte beata
Gymnasio detur conditione frui.

In

In se descendat petimus, neque forte latebit,
Quæ sit tam diri caussa nefanda mali:
Est homo perversus, neque nomine dignus honesti,
(Nomina si rebus reddere vera licet)
Qui coram tenera de præceptore juventa
Inpuro turpes evomit ore sonos;
Hinc illæ lacrimæ; quas si detergere Musæ
Indignæ mæsto quilibet ore cupit,
Dextras atque fidem, Collegæ, jungite, cuncto
Avolet in Scythicam tempore livor humum.
Deque suæ fidei commissa quisque Juventa
Ut suevit, cupiat promeruisse bene.
Sic nobis iterum dabitur sperare, futurum
Illustri ut redeant aurea sæcla scholæ.
Hoc Deus ex alto clemens concedat Olympo,
Hanc jubeat nasci protinus orbe diem.

Quis tibi L. B. his versibus depexus videtur esse, nisi qui se hominem nequam, & inpurissimo horum quinque, quibus me conficere tentavit, mendaciorum auctori simillimum confiteatur?

Num defensio, qua ad iniquam Lipsiensis cujusdam mercenarii crisin non paucis respondi, jam in Germania typis sit excusa, nondum etiam ad aures meas pervenit; suspicor tamen eam publici juris ibi factam esse, quia inpostor ille omne suum nunc in nostram domum evomit virus; dolet quippe fraudes, quibus sibi tantam librorum molem comparat, tamquam noctuas e latibulis extractas, Solique verita-

 tis,

tis, cujus coruſcantem ipſius oculi nequeunt ſuſtinere ſplendorem, expoſitas eſſe. Ne pluribus L. Benevole atque Æque, te morer, vide (: eſt enim operæ pretium:) cauſſam internecini, Optimi iſtius & Sapientiſſimi Menkenii, in peſſimos & inſipidos Reitzios odii, in Actis Menſtruis nominatis **de Boekzaal** / menſe Septembri Anni 1749.

SUPPLE-

SUPPLEMENTUM
AD
AMBIGUA.

Pag. 2. poſt verſ. 12. ſupple Caeſ. B. Civ. II. 10. *munitus ab hoſte*, i. e. contra hoſtem.

P. 3. Itidem poſt verſ. 12. adjice Caeſ. B. Civ. I. 41. f. *ſic omne prius eſt perfectum*, *quam intelligeretur ab Afranio*, *caſtra muniri*. i. e. Afranius intelligeret, ut praecedentia indicant.

P. 4. In fin. poſt verbum *poſtulatur* adde Cic. II. Tuſc. c. 17. *quod ergo poſtulatur a fortibus & laudatur*. i. e. quod alii poſtulant a viris fortibus. Contra idem II. de Off. 17. *Si poſtulatur a populo — faciendum eſt*. pro, ſi populus poſtulat.

P. 6. fin. adde Liv. III. 46. 2. Cic. pro Mur. c. 2. &. I. 13. ad Att. p. 76. & poſt red. c. 15. *ne a me defenſa reſp. per eundem me extremum in diſcrimen vocaretur*.

P. 7. Poſt verſ. 23. inſere Cic. XII. ad Att. 20. *idque a ceteris deſiderari ſcribis*, *ut diſſimulem*. i. e. ceteri deſiderant.

P. 9. Poſt vſ. 23. ſupple: *A* pro *poſt* eadem difficultate laborat, ni caute adhibeas. Liv. III. 30. 7. *a primis tribunis pl. decem creati ſunt*. Sed quum interpungatur: *triceſimo ſexto anno a primis tribb. plebis*, *decem creati ſunt*, apertum eſt.

P. 21. Poſt verſ. 12. adde Hor. I. od. 20. 3. *Graeca quod ego ipſe teſta* CONDITUM *levi*.

P. 23. Tit. ACCEPTUS. Loco Salluſtii adde Caeſ. B. G. V. 1. fin. ACCEPTA *oratione eorum, Caeſar obſides imperat.*

P. 25 verſ. 2. adde Cic. pro Mil. c. 22. m. *etiamſi ipſi* QUID ACCIDAT. & pro L. Man. 20. pr. *ſi* QUID *eo* FACTUM *eſſet*, i. e. ſi moreretur. Idem fit in *evenire*. Sueton. Jul. 86. *ſi* QUID *ei* EVENIRET. Ita & Graeci. Vide teſtamentum Ariſtot. ap. Diog. Laërt. L V. ſegm. 11. & 12 ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, & mox ibid. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι Lyſias contra Diagit. p. 506. ἐάν τι πάθῃ eodem modo.

P. 26. fini ſupple Plaut. Mil. Glor. II. 1. 13. *ait ſeſe ultro omnes mulieres ſectarier.* i. e. quod mulieres ſectentur ſe militem, quod contextus ſuadet; ſed per ſe ambigua eſt conſtructio.

P. 32. Poſt med. verbaque Virgil. VI. 90. vel poſt verba Scaligeri, p. 33. vſ. 2. infere: quod tamen ex contextu aliquanto ſimplicius exponere licebit: Teucri & hic habebunt ſuam Iunonem, id eſt, aeque atque olim; quum enim quondam iis infenſa fuerit in bello Trojano, facile adparet, eandem ſcenam hic repeti; uti & alium Achillem adfore ibidem refert.

P. 34. Adjectivis contrariis adde *dulcis amarities* Catull. carm. ad Mall. aliaque, quae Voſſius habet Inſt. or. V. p. 408. & Cuningam. contra Bentlejum ad Horat c. IX. p. 79. — 81. qui ex ſolo Horatio 31. exempla adjectivorum ſuis ſubſtantivis contrariorum, ſ. oxymoron collegit, ut: *grata protervitas, ſaevo joco, ſurdior audit, perjura fides*, &c.

P. 35. Verſ. 11. infere Plin. XXXV. 6. f. *ceu* PARUM MULTA *ſint mendacia ejus.*

P. 42. Pr. infere titulum ADOPTATUS. Cic. fil.

ßl. in XVI. ad Fam. ep. 21. princ. *adventus adoptatissimus.* Quod ibi quidem minime ambiguum; sed alibi forte fieret, si pro adoptione in filium acciperetur; quum *patronum adoptare* tantum sit adsciscere, eligere, ap. eumd. L. V. ad fam. ep. 9. pr. & alibi.

P. 43. Supple titulum ADSPIRATIO. Ea enim in MSS. male addita confundit *ave* & *habe*, *avenam* & *habenam*, *ominis* & *hominis*. Vid. Drakenb. ad Sil. It. XVI. 209. aliosque ab eo citatos. Sed nimium differunt *hamare* & *amare*. *hauris* & *auris*. *hio* & *io*. *hora* & *ora*. *hortus* & *ortus*. *hos* & *os*. *ostia*, & *hostia*, quam ut pro lubitu adspirationem addas omittasve.

Eid. pag. tit. ADVERSUS in fin. adde Cic. I. N. D. c. 41. f. *pietas est justitia* ADVERSUM *Deos*. Senec. de benef. c. 1. *gratus* ADVERSUS *eum esse potest*, & saepe eod. Lib. Liv. XXIX. 8. *ob egregiam fidem* ADVERSUS *Romanos*.

P. 44. Post vers. 18. supple Liv. XXVIII. 6. *Quum omnium animos oculosque id certamen* AVERTISSET. Ubi codd. quidam, ADVERTISSET, sensu eodem redeunte, quantumvis *adverto & averto* sint opposita.

P. 47. Sub init. adde Plin. Pan. 84. §. 2. *Nihil tam pronum est ad simultates quam aemulatio — alitur aequalitate, exardescit invidia, cujus finis est odium.*

Ib. tit. AERIPES, post vers Virgilian. VI. 802. insere: at si quis malit adstipulari Cerdae hic monenti χαλκόποδας ab Hesychio verti ἰσχυρόποδας; i. e. validis, firmis pedibus praeditas, ei non adversor. Sed quando addit, id celeritatem non notare, sed γερῶν, liceat animadvertere, non tamen haec esse repugnantia, quia, qui valet pedibus,

bus, ſimul celer eſſe poteſt, ut ictus validus a celeritate pendet, quod norunt philoſophi.

P. 53. fin. Supple: *Agitur libertas* tam ad metum ejus amittendae quam ad cupiditatem obtinendae pertinet, reſpondetque noſtro: **Het is om de vryheid te doen.** Conf. Liv. XXXVII. c. 34. 7. Et XXVIII. 32. 7. *quos conſulatum petenti, velut ſi omnium communis* AGATUR HONOS, *adfuturos ſperet.* i. e. **als of hun aller eer daaraan hong.**

P. 54. Poſt tit. AGITO ſupple: *Agitare vulnera*, pro tangendo refricare, adeoque pejora reddere. Ovid. I. Ex Pont. VI. 22. Contra, Celſ. de re Med. praef. p. 14. *agitare ulcera, febres*, pro tractare, curare. quod vulgaria Lexica exponunt de iis ſcribere: At non ſufficit, ſi nexum inſpicias.

P. 56. Verſui a fin. quinto praemitte Hor. III. O. 12. f. — ALTO *latitantem fruticeto.*; Sed Bentl. *arto* dedit, i. e. denſo, non male; eſtque ex codd. Lambini; quia de ſilvis potius *profundi* vox ad vitandum ambiguum adhiberi ſoleat.

P. 57. Vſ. 23. poſt verba intelligi queat, addatur: immo debeat, vid *Broukh.* ad Prop. II. 1. 26. *Caeſare ſub magno*, plura dantem, quibus & *altum Caeſarem* defendit, ac Dacerium refutat.

P. 58. Voci ALUMNUS adſcribe Vall. VI. Elegant. c. 1. adverſus Nonium, quem defendere conatur Mancinellus.

P. 60. Titulo AMOR ſubjice Ovid. Met. IV. 68. *Quid non ſentit amor?* Sed de ſuſpicione utrumque exponi poſſe credo

P 62. Tit. ANTIPHRASIS adjice CAEL. AUREL. Morbor. chronicor. L. III. c. 1. §. 2. qui

qui *orthopnoeam* nonnullis a contrario nomen accepisse visam, scribit; quos tamen errare, facile adparet ex ratione meliore, quam ipse praemisit, ὀρθόπνοιαν vocatam, quod aegri praefocari se sentiant jacentes, quum erecti facilius spirent. Non tamen ab antiphrasi abhorret ipse adjiciens: *Multa enim contrariae interpretationis vocabulum sumpserunt, ut* FELLA, *quae Graeci* γλυκέα *vocant, velut dulcia, cum sint amarissima.* Quibus cl. Editor Ammon addidit PLIN. c. 10. L. XXVII. *Holosteon sine duritie herba est, ex adverso adpellata a Graecis, sicut fel, dulce.*

P. 64. vs. 9. supple Lucian. Phalar. I. c. 4.

P. 65. tit. ARCANUS, post verba *proprium* s. *insitum* insere: Veluti Claudian. paneg. IV. in Hon. versus fin: *Temperat arcanis hyacinthi caerula flammis.*

P. 67. vs. I. post *armis*, adde, & *armorum.*

P. 68. vs. 10. Uti vs. 15. pro Sinone legendum Laocoonta, dudum admonui in addendis, ita nunc moneo, sic quoque restituendum versu 10. pro Capyn.

P. 70. fini adpone Cic. III. d. N. D. c. 31. *Nos autem philosophi esse volumus, rerum auctores, non fabularum,* Confer & Vall. IV. Eleg. 32.

P. 75. Supple titulo AVT. aut pro &, vid. L. VI. Cod. T. 38. & l. 53. de V. S.

P. 81 vs. 9. tit. OPTIMUS, post *Trajano* supple: Plin. Pan 88 4. Immo id honorificentius esse, quam *Maximi* cognomen, vult ib. §. 8. quod, quum Jupiter dicatur *Optimus Maximus*, Optimus praeponatur. Confer de cognomine optimi etiam Interprett. ad Euang. Luc. I. 3. ad verba Κράτιστε Θεόφιλε.

P. 83. med. de *brevi aqua* pro non profunda, adde

addde omnino, Ulpian. l. 1. §. 15. ff. de fluminib. *Sive derivetur aqua — vel si dilatetur, aut diffusa* BREVEM AQUAM *faciat.* Nec adversatur Ovid. cui *brevis murus* est non altus, Trist. V. 2. 70. quod alloqui & de non multum in longitudinem porrecto posset accipi.

P. 85. post vs. 3. inseri posset titulus CACOPHATON de quo QUINCTIL. VIII. 3. cum nota Cl. Burmanni, cujus mentionem feci in Dissertatione praemissa.

P. 89. vs. 1. verba Ulp. l. 1. §. 8. sic supplenda: *de aq. quotid. & aestiva.*

P. 90. mediae insere titulum novum: CAPITALIS. Hoc enim adjectivum plerumque in malam partem accipitur; quod quidem nihil mirum, si substantivis addatur mali quid significantibus, ut *capitalis poena, pestis, odium, periculum*; licet & sic magnum vel summum tantum significet. Verum per se in malam partem ex Cic. 2. de Off. c. 21. *capitalis oratio* profertur in Gesn. thes. L. L. pro, qua caput & felicitas civitatis petitur. Contra in bon. part. Ovid. III. F. 839. *capitale ingenium* tribuit Minervae.

P. 94. versui 18. post verb. CEDANT adnecte. Aperte in prosperam partem Virg. XII. 147. *Qua visa est fortuna pati, Parcaeque sinebant* CEDERE *res Latio.* Ubi Serv. „ *cedere*; feliciter „ cuncta procedere „ exponit.

P. 97. ad fin. *circumfusus* de eo qui cingitur, insere Liv. XXVIII. 32. m. *qui extra orbem terrarum in circumfusam Oceano insulam — perfugerit.*

P. 100. tit. CLASSIS. IN Loco Livii IV. 34. *classibus pugnatum*, cum Fabro acceperam de equitibus; sed Drakenb. jam edidit, *classi*, ac re vera

vera de navibus intelligendum historicum, post alios docet, Liviumque recte fidem annalium convellere, quod amnis ad id satis latus non sit. Itaque & Virg. 2. Aen. 30. *classibus hic locus*, de navibus potest accipi. Licet versum 716. L. VII. *Hortinae* CLASSES, *populique Latini*, Servius ac Cerda probabiliter de equitibus explicent.

P. 107. pr. Comparativo interdum minus valenti quam positivo adde: Hippocr. Sect. III. aphor. 26. ubi πρεσβυτέροισι recte quidem conversum *senioribus*, tamen & potest verti, *adolescentibus* vel *juvenibus*; minus enim & ibi quid significat comparativus, quam si πρέσβυσι, *senibus*, dixisset; per gradus enim aetatis ibi procedit, ac de pueris paullo adultioribus loquitur, non de senili aetate. Ambiguus vero est comparativus ap. Aristoph. Plut. 558. — ὅτι τῶ Πλέτω παρέχω βελτίονας ἄνδρας. *Quod Pluto meliores reddo viros.* i. e. *meliores eos reddo, quam Plutus consuevit*, ut quidem contextus suadet; sed alias posse significare *viros ipso Pluto meliores*, quilibet videt.

P. 113. med. ad conficere argentum adde *conficere rem*, pro perficere, & consumere, Steph. in Thes. L. L.

P. 114. post med. infere Cic. pro Mil. c. 14. p. m. *me ad regiam paene* CONFECIT. i. e. interfecit.

P. 116. phrasi *confundere foedus* adde Hom. Il. Δ. 269. ἐπεὶ σύνγ' ὅρκι' ἔχευαν. i. e. perturbarunt, fregerunt.

P. 122. fin. verbo *contentus* adpone locum Suet. Tib. 7. *contentis oculis*, quem Burm. eod. modo exponit, ut nos *contenta* Virgilii *tela*. Attamen si similiter *contento vultu*, *animo*, dicere velis, ab ambiguitate parum cavebis.

P. 129. vs. 3. Supple Liv. XXVI. XI. 9. *primitias*

mitias frugum eo donaque alia PRO COPIA *portantes*. Et L. XXVIII. c. 21. fin. *ludi funebres additi* PRO COPIA. i. e. adparatu non magno, ut recte Duker. etiam Plauti testimonia addens.

Ib. fine tit. COPIA pro plurali copiis adde Suet. Aug. 21. *ducibus cum magna* COPIA *caesis*, ubi & Pitisc. alia similia habet.

P. 131. versui 13 adjice Cic. IV. fam. 5. *An illius vicem*, CREDO, *doles?*

Ejusd. pag. fini attexe novum tit. CREDULUS; vulgo enim active signif. eum qui facile credit. passive vero, pro cui creditur, Tacit. H. I. 34. CREDULA *fama inter gaudentes & incuriosos*, ibique notam Savilii.

P. 133. fin subjunge Flor. II. 6. 50. *Sed hunc quoque — Claudius Nero* CUM *Livio Salinatore debellat*. i. e. Nero & Livius debellant, ut belli exitus docet; alioqui & contrario modo significare posset, Livium aeque debellatum atque hunc, scil. Hasdrubalem.

P. 138. Vs. 14. supple: Recte fecit Dukerus non negans veteres dicere potuisse, *damnum facere*, pro dare, inferre; quia & *damnum infectum* dixerint; Sed quum Plauti testimonia ei non satisfaciant, nec alia substituat, addo nunc l. 27. §. 5. D. ad leg. Aquil. quae ita habet: „ Tertio „ autem capite ait eadem lex Aquilia:„ *Ceterarum rerum praeter hominem & pecudem occisos*, *& si quis alteri* DAMNUM FAXIT, *quod usserit*, *fregerit*, *ruperit injuria*, &c. Hanc autem legem non Ulpiano modo, sed & Cicerone esse antiquiorem, vid. notantem fratrem G O. Reitzium, ad Theoph. p. 764. & 765. licet ib. col. *a*. med. vitium irrepserit operarum, exhibentium: *Gallus Aquilius* IC. *praetor* 656. pro 688. ut ipse me monuit.

P. 139.

P. 139. Versui 14. insere Cic. VI. Att. 30. pr. *Nihil habebam novi quod post accidisset*, *quam dedissem* AD TE LIBERTO TUO *literas*.

Ibid. ad fin. tit. DARE adjice duplicem constructionem. Flor. III. 5. 30. *Aristobulo — catenas dedit*. Horat. vero I. O. 37. 20. *Daret ut catenis fatale monstrum*. At suspecta sunt interpretibus Flori verba, conjicientibus, *Aristobulum in catenas dedit*, legendum. Sed quia *damnum*, *incommodum*, *malum dare alicui* quoque dicitur, nondum video mutatione locum egere. Quin & *insidias alicui dare*, Plautum dixisse, notum. Et *letum dare alicui* Sen. Med. vs. 17 — *conjugi* LETUM *novae letumque socero & regiae stirpi* DATE. Item *exilium dare* ib. vs. 491. Sed ibi concessit pro permisit accipiendum. At priore fere modo Juvenal. S. X. 52. — *cum fortunae ipse minaci Mandaret laqueum*.

P. 141. vs. 8. Sic Liv. II. 13. *expressa necessitas obsides dandi Romanis*. i. e. Romani obsides dare coacti. Alibi oppositum significare queat. Ita *liceat tibi dare*, duplicem interpretationem admittit; Sed ap. Virg. Ae. V. 796. — *liceat dare tuta per undas Vela tibi*, sign. liceat o Neptune, ut Trojani vela dent tibi, i. e. in tutelam tuam, vel per tua regna, ut vult Serv. quod tamen obscurius.

P. 147. pr. adde Cic. pr. Mil. c. 32. med. *quaere de Blesamio*. i. e. ab vel ex eo.

P. 150. ad fin. tit. DEDUCO. *Deducere naves* esse in mare detrudere, cui oppositum *subducere*, notum. At priore verbo aliter utitur Caes. 1. b. c. 36. *onerarias naves*, *quas ubique possunt*, *deprehendunt*, *atque in portum* DEDUCUNT. Nihil tamen mutandum.

P. 151. 3. *defendere Imperatoris injuriam* Caes. I. b. c. 7. fin.

P. 155. verbo DENUNTIO adpone: In utramque partem Cic. pro Mil. c. 1. *non periculum nobis, sed praesidium* DENUNTIANT.

P. 156. verbo DEPRECOR adde Cic. pr. Mur. ipso init. *Quae* DEPRECATUS *sum a diis immortalibus — ut ea res feliciter eveniret, eadem precor ab iisdem.* Ubi *precor* ac *deprecor* synonyma sunt.

P. 158. vs. ult. supple: Priscian. L. VIII. pr. *de verbis communibus*. Atque adde verba *dimetior* & *tueor* passive ap. Vitruv. III. 3. 58. *Ut frons tota* DIMETIATUR *in partes novem.* Idem V. 12. pr. *quibus rationibus* TUEANTUR *naves.* Et praef. L. VIII. Et inscriptio in notis producta. Ac Varr. R. R. III. 1. *in bello ab* HIS TUEBANTUR. l. 7. D. de curat. furios. *Consilio & opera curatoris* TUERI *debet non solum patrimonium, sed & corpus ac salus furiosi.*

P. 162. f. supple DIALIS. In qua voce jocus ex ambiguo ap. Macr. Sat. 2. 2. *ante flamines, nunc consules* DIALES *fiunt*, i. e. consules unius diei, ut narrat Suet. Ner. 15. quum alias a *Dius* vel *Dis*, i. e. jove derivatum, significet sacerdotem jovis.

P. 164. v. DIGITUS. Graecis exemplis adde notam Solani ad Lucian. Somn. c. XI. f. sive p. 16. edit. novae.

174. post med. supple: Sic *edicere* & *indicere*, licet contrariis praepositt composita, facile permutantur, nulla vel exigua sensus differentia; Ut *indicere* & *edicere* diem, comitia. Exempla utriusque dedit Drak. ad Liv. XXXI. 49. 12.

P. 180.

P. 180. p. m. Ellipsi verbi oppositi adjunge Wopkens Lect. Tull. p. 48.

P. 180. *Elogium* in laudem, Cic. d. Sen. c. 17. med.

P. 186. *Et* pro *sed*. Adde Tull. pro. Mil. c. 23. med. *Ut neque timeant qui nihil commiserint*, ET *poenam semper* ante *oculos versari putent, qui peccarint*.

P. 187. vs. ult. Suetonii verba, Aug. 55. *nec expavit* — ET *redarguit*, nunc aliter a Burm. Oudend. & Ern. edita video; pro ET exhibendo NEC, quod aptius; licet pristina lectio exemplis eod. tit. a nobis prolatis defendi queat.

P. 188. med. addi posset & Ovid. II. Tr. 244. *Non — contraria jussis Sunt ea, Romanas erudiuntque nurus*. i. e. nec erudiunt.

P. 190. vs. 4. tit. EUPHEMISMI adnecte Hesych. Φιλήτης, κλέπτης, λῃστής. Phot. ex Hellad. Chrestom. p. 1595. κατ' εὐφημισμὸν οἱ Ἀττικοὶ τὸν κλέπτην φιλήτην λέγουσι.

P. 191. post. med. falli Popmam dixi; adde rationem; quia & *exanimus*, & *exanimatus* tam pro mortuo quam mortuo simili, s. perturbato inveniuntur, ut partim jam ostendi, partim ap. Lexicographos videre licet. Adde tamen Virg. Æ. I. 484. EXANIMUMQUE *auro corpus vendebat Achilles*. i. e. mortuum. Contra Æ. IV. *Audiit exanimis* de viva sorore, sed exterrita; ut recte quidem Serv. At misere sibi contradicens, quando hoc loco scribit: „ Exanimis *Exterrita: nam* „ *ut diximus* I Æ. 484. *exanimatus mortuus est*. „ At loco isto priore, poëtae quasi subserviens, regulam contrariam dederat, scribendo: Exanimis „ autem est mortuus, ut hic indicat locus; Exani- „ matus vero timens, ut V. 805. *Exanimata se-*

„ *quens* — *agmina* : „ Ceterum *exanimis* quoque de mortuo Suet. Caef. 82. etfi aliquantulum dubie. Sed *exanimatum* pro anhelante, quod non facile ap. alios praeter Caefarem reperiri dixit Voff. vid. plurib. ex eod. probatum a Davies. ad bel. Gal. III. 19.

P. 192. fupple novum tit. EXCIDIT. *Excidit mihi nomen*, eft oblitus fum, ap. Ovid. IV. Tr. V. 10. alias & poffet fignificare, imprudens effutii; nam fic, *excidit tibi verbum*, Cic. phil. X. c. 2. f. & alibi crebro, licet plerumque, perfpicuitatis gratia addat *ex ore.*

198. vf. 2. adjunge: Servius illud Virgilii (Aen. VI. 545.) *Explebo numerum*, interpretatur, *minuam*, eique adftipulatur Cl. Burm. ad Ovid. Remed. am. 129. Nafonis verba, *animum aegrum explere*; fecundum Servii mentem accipiens; quia *explere* (tanquam contrarium τῷ *implere*) idem fit quod *egerere*. At quando & in hanc fententiam profert ex vf. 533. *explere fitim*, ac Terentii illud Hec. V. I. 28. *exple animum iis;* Et *explere contumelias honoribus*, ex Juftini L. V. c. 4. nondum inde expedita mihi res videtur, ad certam hujus verbi vim conftituendam; licet & Donatus ad Ter. I. d. ajat. „ *explere* pro *exinanire* Te- „ rentianum eft. „ Quum potius idem fit quod implere, replere, ut apertum eft ex Virg. III. Ae. 630. *Nam fimul* EXPLETUS *dapibus*, *vinoque fepultus*. Item ex Cic. de amic. c. 19. *multos modios falis fimul edendos effe*, *ut munus amicitiae expletum fit*, & ex aliis quae Gefn. in thefaurum retulit. Nec quidquam profunt ad *inaniendi* probandam fignificationem verba Juftini, ubi *explere contumelias honoribus* nihil aliud eft, quam honores iis fubftituere, five contumelias farcire honoribus, refpon-

ſpondetque Graeco ἐκπληρόω, noſtroque **uitbullen**/ quod non ſign. **uitledigen**/ ſed vacua, laceraque, aliquid immittendo obturare, replere: neque praepoſ. *ex* hic adeo oppoſita eſt τῇ *in*, ſed ad finem uſque replere, adeoque exitum potius notat. ſatisque commode locutiones, *explere dolorem, animum, lacrimas, cupiditatem, vindictam*, exponi poſſunt per ſatisfacere, (ut recte omnino Geſnerus.) Et erraſſe dicendi Donatus cum Servio. Nam & ipſe Terent. Heaut. I. 1. 76. — *tot mea Sollititi ſunt cauſſa, ut me unum* EXPLEANT, atque alibi ſic utitur. Et rectius deinde Burm. ad Virg. VI. 545. *explebo numerum*, comparavit Sen. Conſol ad Marc. 12. *explebis numerum & nomen filii.* i. e. implebis: reſtitues deficientem; ſic enim & Cic. *explere numerum nautarum & remigum*, indicante Steph.

Ib. tit. EXSCULPO adde Graecum ἐξομμαῖωσαι ap. Ariſtoph. Plut. 635. ubi ſcholia monent, ambiguum eſſe luſum, pro, *oculos exſculpere*, vel, *acutum viſum reddere.*

P. 201. infere ad verb. FACIO. *Facere fugam*, Livio XXI. 5. f. eſt efficere, ut alius fugiat, atque alibi ap. eumdem non ſemel, uti indicat h. l. Drakenb. Contra pro *fugere*, idem VIII. 9. 12. *conſternatae cohortes Latinorum* FUGAM *ac vaſtilatem late* FECERUNT. Et Sall. Jug. 53. 3. *Numidae — poſtquam disjectos circumveniri vident*, FUGAM FACIUNT; *ac plerique abjectis armis — integri abeunt*, ad quae verba Cort. idem & ex Terent. Eun. IV. 7. recte probat.

Dubium ap. Hom. Il. Θ. 108. quo ſenſu Aenean vocet μήστωρα φόβοιο; Num qui ipſe fugere novit, ſuoſque docet, an qui hoſtes fugat? quod ed. Giphanii vertit, *fugae peritum*: Clarkii contra, *artificem fugandi hoſtes*, quo & Euſtathius poſt

 varias

varias interpretationes, inclinat. Daceria nodum ſecat, Gallice reddendo: *le vaillant Enee.*

Eidem pag. verſ. fin. ubi, *quum moreretur*, dicitur de eo qui non moritur; ſed in periculo mortis verſatus ſervatur, ſupple exempla Graeca, quae dedi ad Lucian. T. III. p. 358. col. b. Et Liv. XXXIV. 1. f. ubi *lex, quae abrogabatur* ſign. quam abrogare volebant, pluraque Gronov. ac Drak. Adde Suet. Tib. 36. *Expulit & Mathematicos, — ſed veniam dedit*, ac Caeſ. 29. f. *pepigit*, pro pangere voluit, ibique Caſaub.

202. vſ. 20, poſt verba: *Licet ipſe feciſſe dicatur, non tamen ipſum ſua manu perpetraſſe credo*, ſupple; niſi aliunde conſtet, ipſum, Alexandri more, amicos trucidaſſe. Certe adjunctum ipſe non ſign. *ſuis manibus* ap. Suet. Tib. 34. IPSE *coenis ſemeſa opſonia adpoſuit*; ſed diſtinctionem tantum exempli & curae domeſticae, ab aliis: (Nam ib. mox de alio ejuſd. facto additur, *de manu*) Nec Tib. 61. *ipſe interemit*, aliud eſt quam diſtinctio, ne Sejanus feciſſe crederetur.

211. fin. Adde Hor. II. S. 2. 93. *hos utinam inter Heroas natum tellus me prima tuliſſet.*

P. 221. Exemplis *fidei* in malam part. adde omnino Liv. I. 9. 13. de Sabinis dolentibus, *quod per* FAS *ac* FIDEM *decepti veniſſent*, manifeſto indicio, non opus eſſe *fidem* per ſe ſtatuere ſignificare *perfidiam*, quantumvis in mal. part. valeat tota periodus ſimul conſiderata; nam alioqui & *fas* dicendum foret, ſignificare *nefas*. Conf. ibi Gruter. qui & *per Numen falli*, aliaque profert. Ib. med. de *mutata fide* ſupple Senec. de tranq. c. 14. *Nota erat Caji in talibus imperiis* FIDES. i. e, non ſolebat mitigare nec revocare ſententias mortiferas, ut recte Lipſ.

232.

232. tit. FRATER fupple: Sic *amor fraternus* in part. minime fufpectam Cic. ad Q. fratrem I. 1. ante med. non de ipfo Quinto, quod nihil mirum effet, fed de Gratidio.

234. verbo FRUOR in mal. part. adjice Gr. *ἀπολαύω*, ex Lucian. I. Tim. p. 101. ibique Ienfium & Hemfterh. hoc multis probantes.

235. vf. 19. Livio adjunge Livium XXIX. 25. med.

P. 237. med. adde. Nec tamen refugerunt illud dubium genitivi *praeceptorum* Quinctil. X. 1. p. 888. nec Lactant. III. Inft. c. 15. §. 2.

239. pr. Graeco genitivo ambiguo adde Diod. Sic. III. c. 3. fine: *ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικία*. Colonia ex Aethiopia in Aegyptum miffa.

246. med. fupple GIGNO. *Pario & gigno* interdum confundi vid. Gron. ad Gell. III. 16. p. 247.

248. vf. 10. fupple: Terent. Phor. IV. 3. 16. *haec potius cum* BONA *ut componantur* GRATIA, *quam cum* MALA. Atque adde not. Graev. ad verba Cic. pro Mur. c. 20. *Muraenae provincia multas* BONAS GRATIAS *attulit*. Ubi & alia in mal. part. adfert, in quibus & ex or. pr. Sull. *nunc tecum fic agam, tuliffe ut potius injuriam, quam retuliffe* GRATIAM *videar*, pro retuliffe injuriam. Sic *gratiâ* pro cauffa, malis aeque verbis addi ac bonis, notum arbitror, ut fallendi, accufandi, necandi gratia, ex Ter. And. 2. 6. pr. & C. Nep. Con. c. 3. 2. vel Lexica prodidere. Quin & *probri gratia* fit ap. Sall. Cat. 23. 1. peritos non fugit. Quare autem Donat. ad Ter. And. III. 4. 8. *ea gratia fimulavi*, fcribit: „ gratia pro caus- „ fa ait, nove, „ Quum tamen & Plautus jam faepe adhibuerit pro propterea, ut Merc. I. 2. 110. Stich. V. I. 5. &c. An quia tamen non in mal.

partem? at certe non in bonam Truc. 2. 2. 33, *cincinnos tuos Unguentatos usque ex cerebro expellam.* AS. *quanam gratia?*

248. post med. Suet. Tib. 35. adde nott. Torr. & Cujac. Multaque ap. Brisson. de V. S.

252. 18. adde: *Sententia gravis*, in bon. part. pro dignitatis plena, Cic. pro Mil. c. 15. SENTENTIAM *de salute mea* GRAVISSIMAM *& ornatissimam secutus est*. Verum *hoc mihi grave est*, plerumque in mal. valet part. Sed & in bonam Tull. XV. ad fam. ep. 6. *Idque mihi tum amplissimum tum* GRAVISSIMUM *est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido veritati dares.*

255. med. phrasi reciprocae *habere opinionem, suspicionem*, adde: Sic Gr. ἔχειν ὑπόληψιν. D. Sic. IV. c. 27. f. Ἄτλαντα — ἔχειν ὑπόληψιν ὡς τὸν κόσμον ὅλον ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντα i. e. de Atlante ferebatur haec opinio; non, ipse eam forebat. Contra, Quinctil. III. 6. p. 254. *Ipse me paullum in alia, quam prius habuerim, opinione nunc esse confiteor.*

263. fin. tit. HOMONYMIAE adpone (quod frater G. Otto me monuit) Hinc Mercerius in conciliatore p. 65. f. cum seqq. filium aliquot exemplis docet, ut prius quam de antinomia cogitet, consideret, anne aliquod verbum homonymum dictioni insit.

269. tit. *jacturae* haec adjunge. Citat & Caesarem S. F. Dresigius in addendis Fabri thesauro, vulgatis in Act. Erud. Lips. 1738. Decemb. p. 700. additque Cic. pr. Man. c. 23. ubi, *quibus jacturis*, est largitionibus. Et Caes. III. B. C. cap. ult. f. *magnis enim* JACTURIS *sibi quisque eorum animos conciliabat.* Cui addo: Ita & *damna* vocantur mune-

ra,

ra, dona, ap. Plin. Pan. 12. 2. ibique nott. Schwartzii & Arntzenii.

P. 271. vſ. 17. ſupple: Senec. Thyeſt. 453. *bibere in auro.* Lucian. de Merc. cond. c. 26. f ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνειν Confer notata ad ejusd. Gall. c. 12.

272. vſ. 3. addi poteſt Cic. 2. Phil. 5. pr. *Sed cum mihi P. C. & pro me aliquid, & IN M. Antonium multa* DICENDA *ſint.* Verſu vero 26. quo in bon. part. citatur de Orat. L. 2. ſupple c. 86. *cum Simonides cecinisſet id carmen, quod* IN EUM *ſcripſiſſet, in quo multa* IN CASTOREM, &c. In bon. part. etiam Plin. XXXV. 9. poſt med. IN EUM *Apollodorus ſupra dictus verſus fecit.*

280. verſu a fine 4. inſere: probat explicationem Horatii, *manus immunis*, pro vacua muneribus, locus ejusd. alter IV. O. 12. 22. *non ego te meis* IMMUNEM *meditor tingere poculis.* i. e. nihil munuſculi adferentem.

284. vſ. 25. Jam non plane opus eſſe credo *impotentes* ap Petron. abſolute pro potentibus accipere; ſed pro divitibus luxurioſis, ſuorum adfectuum non potentibus.

296. ſub init. poſſet addi novus tit. INCRETUS, quod verbum pro *non creto, non cribrato* adfert Dreſigius in addend. ad Fabr. p. 702. actor. Lipſ. an. 1738. Ex Appulejo. Contra pro *creto*, ſ. purgato per incerniculum, ex Hor. II. S. 4. 75. *piper album cum ſale nigro* INCRETUM. (licet male *incertum* pro *incretum* expreſſerint operae in Actis) Utrumque locum indicarat etiam, & ſic expoſuerat Pitiſc. in Lexico Latino-Belg. Eſtque procul dubio ab *interno*, quod idem ex Vitruv. & Cat. adfert. Adde Columel. R. R. V. 6. 6. *cri-*

bro putrem terram duos alte digitos incernemus. Et fic Horatius commode intelligetur, piper & fal contufa cribri vel vafculi perforati ope, quod & hodie fit, infperfa fuiffe, nec opus erit cum aliis interpretibus incretum pro permixto accipere.

P. 297. vf. a fin. 8. fupple Liv. XXII. 39. pr. Etiam *me* INDICENTE, *omnia e republ.* — *faceretis.*

P. 303. fin. tit. INFRENUS adfcribe Hirt. bel. Afr. c. 19. 6. *cum equitibus Numidarum fine frenis IIX. millibus*, Livioque ib. paullo fupra cit. oppone Livium XXI. 44. ubi *equites frenatos & infrenatos* dicens pofterius pro non fren. ponit.

P. 304. Infere novum tit. INFULA. Infulas enim pro honoris, & pro fupplicis animi fignis, tamquam victimae, producunt Freinsh. & Vorft. ad Juftin. XI. 10. 6.

P. 310. pr. tit. INOPIA fubjunge: *Inopia probationum* in jure contrario modo intelligendum, quam prima fpecie videtur, & quam Interprett. olim folebant, in l. 3. C. *de reb. cred.* Et l. 1. C. *de quaeftionib.* i. e. quando judex nefcit, quam partem eligere debeat, prae multitudine vel aequalitate teftium ab utraque parte, docet Cl. Noodt, prob. Jur. civ. L. III. c. 6.

P. 311. vf. 4. *Infcriptum* pro non fcripto, adde Gefn. ad Quinctil. VII. 4. 36.

P. 313. vf. 8. adjice Suet. Caef. 61. *Utebatur equo infigni.* Et Curt. IX. 1. 25. ibique Freinsh.

P. 315. med. *intectus* pro non tecto, adde Tac. de mor. Germ. c. 17. pr. *cetera intecti, totos dies juxta focum atque ignem agunt.*

P. 318. vf. 5. de *interiore* pro dextro adde, plura exempla vid. ap. Sirmond. in coronide ad

Si-

Sidon. Apoll. p. 1306. edit. majoris. Sed *currus intus actus*, sinistrorsum valet: conciliaturque ex ludis Circensib. ratione metarum, prout illae ad dextram vel sinistram sunt.

P. 320. ad fin. In loco Suet. Aug. 54. *an essent alii digniores?* Ernesti malit *an non*. At, si quid opus esset mutato, minore negotio legeretur: *anne essent*. Sed lubens accedo explicationi Oudendorpianae, negatione adjecta nihil indigere locum, ironice accipiendum. Sunt & alia multa, quibus frustra negatio insereretur. E. c. ap. Tull. I. de off. c. 15. *quidnam beneficio provocati facere debemus? an imitari agros fertiles? qui multo plus efferunt quam acceperunt?* ac similia, quae indicat Wopkens lectt. Tull. p. 36. quare dubito numquid etiam necesse sit ap. eumd. pro Mil. c. 20. *an in eo loco potius est exspectatus ab eo?* pro *in* substituere *non*, ut Heumannus jubet.

P. 324. Invisus pro non viso, adde Caes. B. C. II. 4. 4.

P. 326. Jocis Ciceronis adjunge quae collegit Vavassor de ludicra dict. p. 373. — 417.

P. 327. fin. attexe IRRITO in bon. part. Hor. A. p. 188. *segnius* IRRITANT *animos demissa per aurem*. Quinctil. I. 1. p. 21. IRRITANDAE *ad discendum infantiae gratia*.

P. 330. med. infere: JUSTITIA pro clementia. Meretur adiri Davisius ad Jul. Caes. B. G. V. 41. f.

P. 350. fin. Supple: Sed & *bene poenitet* idem ferme erit, quod *male*. Hor. III. O. 24. 50. *Scelerum si* BENE POENITET. Licet enim aliquantulum intersit; non tamen oppositus est sensus in praemisso *male poenitet*; quum utroque significetur *vera poenitentia*.

P.

P. 351. addo: Ut *male narro* in ambas partes inserui addendis; Ita & *male respondeo* eodem referre possem; quod nunc ad p. 517. dicam.

P. 355. vs. 3. immitte: Ita *mature senem fieri*, pro cito, ante quam re vera sis, Cic. de Senect. c. 10. med.

P. 360. med. insere tit. novum METAPHORA *deceptionis* dicta, facit ut contrarium quid praemissis & exspectationi sequatur; de qua egit Em. Thesaurus in Idea argutae dictionis, c. 16. Addo Aristoph. Plut. 27. *πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον. fidelissimum te arbitror & furacissimum.*

P. 366. fin. adjice: Faceta dilogia in verbo *mitto* est ap. Macrob. Sat. II. c. 4. Cum Curtius eques Romanus macrum turdum per fenestram ejiceret, rogato ante Caesare, *liceretne mittere?* i. e. dimittere, quasi ut avolet, vel projicere instar missilium.

P. 369. fin. supple: *donec vivam*, & *donec moriar*, anne idem signif? Ita, quando in Phalar. Ep. 38. legitur, *μεῖναι μέχρι ζωῆς ἰδιώτην*. idemne foret, *μέχρι θανάτου*;

P. 370. 13. Sic *movere actionem* & *mentionem*, Duk. ad Liv. V. 34. 7.

P. 375. 16. Adde omnino Bentl. ad Hor. II. O. XVI. 19. ubi aliquot exempla duplicis hujus constructionis exhibet.

P. 380. vs. 7. subjunge: Ita *μάλιστα* valet *minime* ap. Hippocrat. S. I. aph. 13. *Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι· δεύτερον, οἱ καθεστηκότες· ἥκιστα μειράκια· πάντων δὲ* ΜΑΛΙΣΤΑ, *παιδία* Quia enim *ἥκιστα* praecesserat, per *μάλιστα* negatio continuatur.

P. 382. post vs. 14. supple: Ita differunt: *non plane adsentior*, &, *plane non adsentior*. Ibid. prope-

pe finem adde Evang. Luc. I. 37. ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν ῥῆμα.

P. 385. titulum NOBILIS auge teſtimonio Varronis R. R. II. c. 1. §. 14. *Aſini Arcadici in Graecia nobilitati.*

P. 387. 2. adjunge Suet. Jul. 49. f. *Poſtumiam Servii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Craſſi, & Cn. Pompeji Muciam.* i. e. uxores.

P. 396. 3. Inſere Suet. Tib. 70.

P. 400. fin. ſupple: Quid vero eſt ap. C. Nep. Cimon. c. 4. 2. *quum aliquem* OFFENSUM *fortuna, videret minus bene veſtitum.* Num laeſum a fortuna irata? an caſu fortuito occurrentem? ut Freinsh. & Boclerus volunt.

P. 405. Supple: OPEROSUS active & paſſive, vid. Burm. ad Quinct. Inſt. VIII. c. 3. & Ovid. II. Am. X. 5.

P. 410. contrariis origini ſuae accedat *peragro*, quando *peragrare mare*, dicitur, quod ex Juſt. ac Cic. notavit Steph. Item Graecum βουθυτέω, quod proprie quidem eſt *bovem immolo*, tamen & de hirco, ove ac ſue dicitur. vid. Spanh. ad Ariſtoph. Plut. 821.

P. 413. ad fin. Oxymoro adſcribere licebit Epiſt. I. Phalar. (in Epiſtt. Graecanic. a Cujacio verſis) οὐκ ἀγνοῶ δὲ λύπας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα.

P. 419. fini verbi PATIOR adpone: Apud Graecos πάσχειν ſaepe pro *facere.* Vid. me ad Lucian. Phal. I. c. 8.

P. 427. 10. adde *perferre* pro pati plerumque de patientia malorum, ut, *perferre paupertatem.* Tamen & de ſtatu proſpero Suet. Aug. 58. f. *ut hunc conſenſum veſtrum ad ultimum vitae finem mihi* PERFERRE *liceat.*

P.

P. 435. vſ. 2. poſt Hippocrati φάρμακον perpetuo. Lege: tantum non perpetuo, eſt medicamentum purgans, vid. inter alia totam Sectionem quartam aphoriſmorum, & paſſim. At generaliter pro quovis medicamento aliquoties *de locis in homine* Sect. LV. quae incipit: Πάντα φάρμακά εἰσι τὰ μετακινέοντα τὸ παρεόν. *Medicamenta ſunt omnia quae praeſentem ſtatum transmutant, transmovent.*

Ibid. addere licebit PINGO. *Pingere domos, arma, naves*, tam poſſe dici de iis quae pingendo imitamur, exhibemus in tabula, quam de vere fabricatis, quae coloribus exornantur, nemo non fatebitur. Quid ergo eſt ap. Plin. XXXV. 10. poſt med. quando de Protogene, cujus ſumma paupertas fuerit initio, refert, eum *ad annum uſque quinquageſimum naves pinxiſſe*? Id priore ſenſu accipiendum, quia praemiſſa ſic ſuadent, & quia *quadrigas pingere* ſic eodem modo ibi intelligendum, quando *currentes quadrigas* ait *pinxiſſe*. At *picta arma* Virgilio VIII. 588. in oppoſitam partem valent. Contra rurſus eidem Georg. III. 243. *pictae volucres* ſunt verae & vivae, ſed variae, verſicolores.

P. 436. fin. Supple: Ita & *manus complodere*, pro irae ſigno, Lucian. Somn. I. c. 14. ἠγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέπριεν.

P. 440. 9. Sic θέσθαι πόλεμον eſt deponere bellum, deſinere, ap. Thucyd. I. c. 82. fin. pro ἀποθέσθαι vel καταθέσθαι. Alibi contra bellum inferre, ſuſcipere ſignificare, ut ap. Eurip. Oreſt. 14. cum dativo, i. e. contra aliquem, obſervat Kuſter. in libello de verb. med. p. 21. No. 25. & p. 43. No. 44.

P. 445. verbo *praedicare* ſubjunge Cic. II. Phil. 2. O *impudentiam praedicandam!*

P. 449. 15. *praetextatus* de puero. Adde: Hoc ta-

tamen fugisse Manutium, merito miratur Ferratius, L. 2. Epist. 7. aliaque testimonia profert. Ratio, cur pueris praetexta data, redditur in Declamatt. Quinctiliano vulgo adscriptis; CCCXL. fin. p. 712. *Illud sacrum praetextarum, quo sacerdotes velantur, quo magistratus, quo infirmitatem pueritiae sacram facimus ac venerabilem.*

P. 461. vs. 2. pro *Gronovio* ad Tacit. lege Pichenam.

P. 465. 3. supple: Est ubi *prohibere* ac *facere* permutari queant. E. c. quando Sall. Catil. 58, 20. ait: *multitudo hostium ne circumvenire queat*, PROHIBENT *angustiae.* Ubi angustiae faciunt, eodem rediret.

P. 481. f. PURPUREUS. Longa de hac voce disputatio est in To. V. Hist. Crit. Reip. Liter. Gallice editae, artic. IX. p. 276. Item de olore, amore, nocte, purpureis agit in conjectaneis Passeratius, quorum tamen scrinia non compilavi; sed, monente fratre optimo G. Ottone, nunc addo. Quin & adjicio, de purpurei coloris sign. etiam egisse Tan. Fabrum in epistt. crit. p. 3.

P. 485. 3. Insere Plin. XXXV. 6. *Reddit enim quod sincerum est flammam excellentis purpurae.*

P. 499. fin. Addo Cic. X. fam. 7. *omnia me praestitisse, — quae* TIBI RECEPI. Suet. Jul. 23. *qui* SIBI RECEPISSENT *propugnaturos absentiam suam*; ibique nott. Cl. Burm.

P. 500. tit. RECLUDO omnino addas velim; *Reclufo* bis pro occluso occurrit in Instit. Caesar. §. 7. *de legit. adgnat. success. — non relinquebant; sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote adgnationis jure eis* RECLUSO. ibid. iterum: *cum satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc adgna-*

adgnatis esse RECLUSUM. Ubi Hotomano *praeclusO* legenti Amplisf. Ev. Otto opponit Vinnium. Vid. G. O. Reizium in Obf. Misc. Nov. Tom. VII. p. 655. ibique etiam prolatam l. 10. *de servit. praed. Urb.* Cui frater modo laudatus nunc addendam monet l. penult. Cod. *de Legit. hered.* ubi addita praepositione sensus est manifestus: *qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur: germana autem ejus ab eadem successione* RECLUDITUR? pro excluditur, vel secluditur. Eodem fere modo *recondo* pro iterum condo vel claudo, ex Ovid. metam. IV. 143. (lege 147.) adfert Dresig. in Act. Lipf. 1738. p. 706. fin.

P. 502. non longe a fin. adjice Liv. XXVIII. 34. 5. *reddant spiritum P. Scipioni, ab eodem illo acceptum.* i. e. moriantur pro illo.

P. 506. tit. *Religiosus* in bon. part. addo Sen. I. de Benef. c. 6. *boni etiam farre ac fritilla religiosi sunt. Mali rursus non effugiunt impietatem.*

P. 508. versui a fine 7. adscribe: *Relinquere Regem*, est regnum ei retinendum permittere, ap. Cic. pro Dejot. c. 3. f. *omni metu liberavisti, hospitem agnovisti;* REGEM RELIQUISTI.

P. 515. 15. Adde Guther. de jur. Man. I. c. 8. f. p. 1118. Tom. XII. thes. Graev. ubi monet *resignari* aes militi ob delictum, i. e. rescribi, auferri, ac Servium adversus Turnebum defendere conatur.

P. 517. Titulus RESPONDEO poterit inferi, Non modo pro vicissim spondeo, ex Plaut. Capt. IV. 2. 121. (quem & indicavit Dresig. modo laud. p. 707.) sed & quae Menag. habet in Amoen. p. 6. in verbo *male respondeo* ludentem narrans Ciceronem; at quia non indicat locum, adi I. ad Fam.

Fam. ep. 10. ibique Manut. id exponentem & locum alterum addentem.

P. 519. med. Suetonii Aug. 78. *retectis pedibus* addo. Adsentitur & Ernesti in sua editione, firmatque exemplis analogis adversus Burmannum. Ipse ergo Ernesti gravius errat, his plane contraria statuens ad Jul. c. 57. *capite detecto, seu sol seu imber esset*; ubi conjicit *retecto* scribendum. Nam si, secundum ea quae ad cap. supra dictum adfirmavit, *retectum* Suetonio est *tectum*, id prorsus hic adversatur menti Tranquilli, qui laborum patientiam Julii commemorans, caput apertum, non tectum vult. Nec ulla locus planus & sanus eget medicina.

P. 526. post med. Supple: Liv. V. 15. fin. *Revocare, ut indicta sint, non possum.*

P. 534. med. Insere: *Salve* & *vale* secundum Varronem in Logistoricis tamen Synonyma esse, ait Serv. ad Virg. V. AE. 80. De Graeco autem χαῖρε *salve*, & ὑγίαινε *vale* multa Eckhardus in observatt. ad Aristoph. Plut. seorsum editis, p. 26.

P. 537. verbo SAPIO adscribe Cic. II de Fin. c. 8. *Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatum.*

P. 538. Insere SCELUS. Addito Liv. XXIX. 18. vers. ult. ubi *scelus divinum*, pro eo quod in deos vel res divinas committitur.

P. 540. 1. *Secare debitorem.* Adde Tertull. Apolog. c. 4. *Sed & judicatos in partes secari a creditoribus leges erant, consensu tamen publico crudelitas postea erasa est*, &c. At pro altera sententia facit Liv. l. 28. f. Et *secare* illic per vendere exponendum esse, vide. Dissert. *Jo. Taylor*, relatam in Bibliotheca rationali anni 1743.

 tri-

trimeſtris prioris, p. 171. Adde & *caedere bona* per *vendere* interpretantem Hotom. L. II. c. 7. de Senatu, ex Cic. III. De Or. c. 1. Quod tamen nondum ſatis probatum. Et longiorem haec poſtularent Diſſertationem, quam locus tempusque patiuntur.

P. 542. Inſere SECURIS. Livio II. 5. 8. *ſecuri feriunt*, eſſe caput amputant, nemo dubitat. per ſe tamen ambiguum eſt, quia alibi nominativus pluralis eſſe queat, ab adjectivo *ſecurus*. An vero & hoc veteres accentu diſtinguere norant in pronuntiando?

Ib. verbo *ſedeo* adjunge: quid Senecae eſt *poena ſedeat*. Num reſideat, ceſſet? an contra, ut vult Farnab. ſtatuatur, maneat, in Medeae Act. IV. 746. ubi *Gravior* POENA SEDEAT *conjugis ſocero mei*; vel *Gravior Tityi poena ſed at*. Prius verum eſſe, adparet ex praemiſſis, quibus poenae remiſſionem precatur umbris.

P. 547. med. de SIN vi negandi uſitato plura Schmink. in Syntagm. Crit. p. 209.

P. 551. fin. ſupple: Sed ſimpliciter *ſiniſtra* proſpera vocat Varro, L. L. VI. p. m. 80. f. *Ea dicta ab ſcaeva*, i. e. *ſiniſtra*; *quod quae ſiniſtra ſunt*, *bona auſpicia exiſtimantur*.

P. 553. 12. poſt *Graev.* ſupple (monente fratre G. O. Reizio) & Thyſius in exercitt. Miſcell. c. 19. p. 127. ſeqq.

P. 559. mediae inſere SOL. Ejus dativ. ambig. eſt; quia & ab adject. *ſolus* fit *ſoli*. Apud Ammian. XVII. c. 14. *obeliſcus* DEO SOLI *dicatus*, ſignif. Numini Solis, Apollini; Hodie notaret *Deo uni*.

Ib. adde SOLEA, luſumque Plauti Caſin. 2. 8. in

in hoc verbo, de pisce, & solea coriacea, s. sculponea, quem explicat Gatak. in Cinno c. 19. p. 375.

P. 567. 15. *Spem* de malis futuris etiam Graeci. Lucian. Tyran. T. 2. c. 3. *τῆς τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος*. Ubi & testimonia alia adjunxi.

P. 571. fini tituli STIPENDIARIUS adpone: Merentur excuti verba Liv. VIII. 8. 3. *Clipeis antea Romani usi sunt: deinde postquam* STIPENDIARII *facti sunt, scuta pro clipeis fecere:* Ubi Turneb. *stipendiarii* hic sunt, qui stipendia merent, i. e. ex quo Romanis stipendium constitutum, cui & adsentitur Lips. Sed vide quae Drakenb. in contrarium disputat.

P. 572. tit. STUDIUM. In utramque partem etiam Liv. XXIX. 19. 10. *accensis studiis pro Scipione & adversus Scipionem.*

Ib. tit. SUB. Adde Virg. AE. VI. 232. — *ingenti mole sepulcrum Imponit — monte* SUB *aërio.* Ad quae Serv. „ In aerio: nam supra est „ positus. „ Et confer omnino quae Cl. Burm. late disputat adversus Gorallum, ad Ovid. I. Met. 689.

P. 575. vs. 13. addo Virg. XII. 288. *corpora subjiciunt in equos.*

Ibid. vs. 22. in verbis Suetonii Aug. 87. f. *non dividere verba — sed ibidem statim subjicit*, moneo *dividit* legendum ex editt. melioribus, pro *dividere*, quod Pitisci Ed. prior habet: & explicationem Gundlingii nihili esse, sed simplicissimam praeferendam, quam plerique commentatores proposuere, ut pluribus quoque ostendit Trotzius noster ad Hug. de prim. scrib. orig. p. 264. seq.

P. 584. Insere tit. novum SUPERIOR, eique adpone: *Superior aetas, saeculum*, significaret prae-

 ce-

cedens;adeoque de mortuis intelligendum. Tamen & de viventibus, sed senioribus, Caes. II. B. C. c. 5. 3. *ut omnis juventus — omnesque* SUPERIORIS AETATIS — *templa adirent*. Quae locutio tamen merito rara videtur Davisio. Nec absurde conjecerat Lips. *serioris*. At minus mirum, si Cic. de Sen. c. 18 *honeste acta superior aetas*, de juventute dicat; non quidem absolute, sed generaliter de ante acta vita, quae adeo & juventutem complectitur.

P. 589. med. Supple: SUSPENDO. *Suspendere* pro differre Brisson. de V. S. At non dicerem eo sensu, *suspendere aliquem*.

P. 597. 10. versum Virg. Ecl. I. 50 in addendis distinxi ex mente Cerdae. Nunc Burmanno accedo illam distinctionem rejicienti, & *graves* interpretanti *aegras*.

P. 606. 18. adde Suet. Jul. 41. *Ut vestro suffragio suam dignitatem teneant*, i. e. obtineant, ubi & alia simil. Pitiscus.

P. 609. Verbo TESTARI adjice: Sic *μαρτύρομαι* testem facio, Aristoph. Plut. 933.

P. 615. 13. *tollere columnam*, adjunge Cic. IV. in Verr. qui *simulacrum*, *signum*, *basin tollere*, pro auferre, aliquoties ait c. 34. f. & 35. 36. ubi id ipse verbis *demoliri*, ac *delere* deinceps satis explicat. Eodemque credo sensu Liv. XXVIII. 2. f. SIGNIS *repente* SUBLATIS, *fugae magis quam itineris modo*. Lucani autem vs. 347. I. *victricia tollite signa*, in alteram valere partem arbitror. Satis interim saepe negotium legenti facessit verbum *tollo*. Licet forsan in *τῷ signum tollere* rursus ambiguitas oriatur ex duplici notatione *τῷ signum*, modo posito pro signo militari aquilae, vexilli, &c. modo pro significatione, indicio, quod

quod Galli *ſignal*, nos **een ſein** dicimus. Ut Liv. XXVIII. 5. f. *ignibus procul* SUBLATIS SIGNUM *accipere;* quod certe eſt facere ignes in locis eminentibus, vel ſuſpendere conſpiciendos, non auferre. *Tollere aedificium* in Pandectis eſſe erigere; ſed *tollere viridaria*, auferre, vid. diſputantem Menag. in Amoen. c. 29.

P. 620. pr. Tyranni vox in bon. part. etſi nota; tamen meretur adiri Virg. Ae. VII. 266. ibique Cerda, Θεῶν τύραννον Jovem dici notans, ab Ariſtoph. & Iſocr.

Ib. tit. VACUUS inſere Suet. Aug. 44. *ut primus ſubſelliorum ordo* VACARET SENATORIBUS. i. e caſu dandi, ſenatoribus recipiendis ſervaretur. Nam cum ablativo conſtructum habebit ſenſum contrarium; ideoque ad vitandum ambiguum ablativo homonymo tutius addetur praepoſitio *a.* licet & haec ſaepe omittatur, quando ablativus eſt manifeſtus, ut *vacare culpa*, *ſcelere.* Quid autem eſt ap. Ovid. XV. Met. 478. *Ora vacent epulis.* Careant, an operam dent ? Prius credo, ex praemiſſis.

P. 629. 3. verbis *juventutem ſignificat*, adjice, & virilem aetatem.

P. 630. Suppleri poſſet tit. VILIS, ex Hiſt. Crit. Reip. liter. T. XII. p. 120. — 1.

P. 633. 4. addo: Cic. tamen de amic. c. 12. f. *res vindicanda omni ſupplicio.* Parti vero oppoſitae, initio p. ſeq. Tacit. de Mor. G 12. f. *pars multae regi vel civitati, pars ipſi, qui* VINDICATUR, *vel propinquis ejus exſolvitur.*

P. 641. tit. VIRTUS, quae opponitur viribus. In addendis quidem indicavi Miſcell. Britannica, non addito ubi. Supple ergo: Miſcel. obſ. Vol. II. T. 2. p. 260.

Ib. verſ. ult. attexe Plin. XXXIV. c. 14. qui de magnete ac ferro ait: *Sola haec materia* VIRUS *ab lapide accipit, retinetque longo tempore aliud adprehendens ferrum.*

MANTISSA.

Nullo licet obliger pacto, ad rationem cuilibet extero reddendam, cur sic potius quam aliter nonnulla dixerim, nemoque sit eruditorum, qui tam adcurate cogitateque semper scribat, ut nihil quidquam in ejus Latinitate reprehendendum inveniri queat, ipso certe Menkenio minime excepto; nec inde consequatur, eos nihil scire: Horasque pretiosas melius collocare norim, quam scurris larvatis respondendo; Tamen, quia spatium in hoc folio supererat vacuum, adjicio quod praetermisi pag. hujus apologiae 46. & 47. dum Musicam ab injusta criminatione defenderem.

Quando enim latrator ead. p. Miscell. 338. barbare me posuisse arguit (in Orat. p 51.) *singulares sibi habeant gratias*, i. e. accipiant; quia id Latine sonet, *facessant hinc:* Hoc sibi habeat responsum. Novi in divortii formulis esse, *res tuas tibi habeto.* Novi ap. Suet. Caes. 1. aliosque, *habeant sibi*, cum indignatione quadam dici, vel ironice, veluti Cic. pro Fl. c. 15. *Tu vero tibi habeto istam laudationem.* Et Quinctil. XI. 2. 26. *Sibi habeant sua, nos simpliciora tradamus.* At non tamen in partem plane pessimam. Sed valeant sane in pessimam. An inde sequitur, numquam in bonam adhiberi? Maxime si ejusmodi adduntur epitheta, ex quibus sensus benignus adpareat, qualia & ego adjunxeram. An vero verba ironice aliquando pronuntiata nusquam serio posita reperiuntur? Hoc si foret, ironia non esset ironia; quum enim ea velit contrarium intelligi ejus quod dicitur, vel ex ipsa definitione sequitur, ut significatio etiam seria sive contraria ejusdem phraseos locum habeat, immo vel ante exstiterit, quam ironia nata sit: Quumque *valeat, vivat!*

vat! Item *probe rem curasti*, & similia, saepe εἰρωνικῶς accipienda esse, suadeant antecedentia & consequentia; An idcirco eadem verba non alibi in bonam valent partem? Vel quando Phaedr. II. 8. 23. ironice ait: *Tollere haec aranea*, *Quantum est laboris?* pro exigui. An ideo *quantum est laboris?* numquam serio pro labore *magno* accipitur? Aliter profecto docent exempla in nott. Burm. ac similia innumera.

At ne quis cavilletur, id locum non habere in HABE TIBI, HABEAT SIBI; quippe quae in malam semper sint rapienda partem, videat Plaut. Asin. I. 3. 14. *semper* TIBI *promissum* HABETO. Ac Perf. IV. 4. 110. *Faciam ita*, *ut te velle video*, *ut emas*, HABE TIBI *centum minis*. i. e. accipe. Ad Liv. IX. XI. 8. *Pop. Romanus* — *pacem* SIBI HABEAT, recte Dukerus: „ qui dicit *tibi habe*, „ ut Ter. Phorm. II. 3. 88. alterius arbitrii facit, „ quomodo re, quam illum sibi habere jubet, uti „ velit. „ Nam & sic in ipsa libri dedicatione Catullus I. vs. 8. quod vel Lexica notarunt; *Quare* HABE TIBI, *quidquid hoc est libelli*. Ne plura addam.

Quod vero ibid. Maresium, ut Musices inimicum induxi, id de eo narrat filio melior Menkenius pater, in Lexico eruditorum ab Jöchero edito: Meminique me & in Actis nostris Ecclesiasticis legere, eum organa etiam musica e templis voluisse sublata.

Quando autem p. 38. fin. dialecto Amstelodamensi tribui articulum Belgicum perverse usurpatum; idem vero de Frisiorum dialecto dici posse quis contendat, adversus illum non disputabo.

Nec postulavi ut Criticus simul esset Theologus, JCtus, Medicus; sed volui, satius esse, eas ipsum dis-

disciplinas intactas relinquere, quibus non est imbutus.

Ad exprobrationem autem vitae scholasticae toties repetitam & hoc adjungere potuissem: Cur in opprobrium vertit, quod alii vel gloriae sibi ducerent, per gradus honorum emersisse? non enim sunt hic loci tam vilia in gymnasiis docentium munia, quam in Germania; nec ego ad incitas redactus Erasmianae Rotterodamorum scholae collega adscribi quondam quaesivi; sed ut excolendae simul literaturae melior esset occasio, quam in praxi medica, utque matri viduae fratribusque minoribus stabiliores in his terris sedes darentur, quam in vicina, ubi degebant, Clivensium regione, quae conscriptione militum violenta tum vexabatur. Cur non exprobrat etiam Zoilus iste, me vel ante quam Rotterodamum vocarer, per quinquennium fuisse praeceptorem domesticum Sereniss. principis Nassavici?

Quod denique pag. extrema paedagogomastyx minetur, se auctori *sapientiae hyperborealis* plura aliquando subministraturum, si altero volumine libellum augere velit; illi ego auctori dictum velim, honori ipsum suo melius consulturum fuisse, si libellis edendis famosis tirocinium non posuisset; meliusque etiamnum consulturum, si, missis juvenilibus & luxuriantis ingenii lusibus, vere ingenua & mascula nunc tantum sectetur studia, ne, dum aliorum insectatur in levioribus rebus errores, ipse graviora sua audiat vitia: humaniterque rogo, ut aliorum famae parcat, si suae parci velit.

ER.

ERRATA.

Pag. praefationis hujus novae prima, vs. 14. lege *observationibus nonnullis*, deleto commate, ab operis male inserto.

P. 12. vs. 2. pro *virtutute*, *virtute*.
P. 20. vs. penult. pro *n* lege *in*.
P. 28. vs. a fin. 7. *mercor*, corrige *mereor*.
P. 29. vs. 14. pro v. id. lege *vide*.
P. 48. vs. a fin. 12. *abunbas*. lege *abundas*.
P. 49. vs. ult. *meriita*, lege *merita*.
P. 69. vs. a fin. 10. *vastilatem*, lege *vastitatem*.
P. 72. med. *forebat*, lege *fovebat*.

AAN DEN BINDER.

Deze 6. bladen Voorwerk van A. tot F. behoren gebonden te worden achter pag. XXVIII. der DISSERTATIO DE AMBIGVIS.